







caso m qd modato hys dñs dñs et no adimplido vndy l. 1. 3. n. 12. 1. 9. /
2 h. p. n 8 l. 7. (2. 1. 3. n. p. 1. 12. 2. n. 14. 1. 3.

Caja
A-12

~~Sad 8/10-12~~

1

Sūmarī ſextuale & Concluſi ones Clemētinarum

in libro de ſextuſione
per Petrum de Caneo.



Tituli Clemētinaz ordine alphabetico

De

Appellationibus	.ii.
Baptismo et eius effectu.	ij.
Causa possessionis et pretatis	.ii.
Concessione p̄ebende vel ecclesie non vacantis	ij.
Lensisbus exactionibus et procurati/ onibus.	.iiij.
Celebratione missarum et alijs diuinis officij.	ij.
Consanguinitate et affinitate	ij.
Dolo et p̄timacia	.ii.
Decimis	ij.
Electione et electi p̄tate.	i.
Etate et qualitate et ordine preficien/ dorum	.ii.
Exceptionibus	.ii.
Excessibus prelatorum	.v.
Foro p̄peteti	ij.
Hereticis	.v.
Homicidio voluntario vel casuali	.v.
Judicijs	.ii.
Jure iurando	ij.
Jure patronat⁹	ij.
Immunitate ecclesiar⁹	ij.
Judeis et saracenis	v.
Magistris	v
Officio vicarij	i.
Officio iudicis et p̄tate delegati	i.
Officio ordinarij	i.
Procuratoribus	i.
Probationibus	ij.
P̄ebendis et dignitatib⁹	ij.
Priviliegis et excessibus privilegia/ torum	v.

Penitentias et remissionibus

v

Rescriptis.	i.
Renunciatione	i.
Restitutione in integrū	i.
Rebus ecclesie non alienandis	i.
Rerum p̄mutatione	ij.
Regularibus et transeuntibus ad re/ ligionem	ij.
Religiosis domibus ut ep̄o sint sub/ iecte	ij.
Reliquijs et veneratione sanctoz.	ij.
Sūma trinitate et fide catholica	i.
Supplenda negligētia platoz	i.
Sequestratōe possessiōis et fructuū.	ij.
Sententia et re iudicata	i.
Sepulturis	ij.
Statu monachorum et canonicorum regularium	ij.
Sententia excoicationis, suspēsionis et interdicti	v
Lestibus	ij.
Lestamētis et ultimis volūtacib⁹	ij.
Ue lire pendēte nihil innouetur.	ij.
Uita et honestate clericoz	ij.
Vsluris	v
Verborū significatione	v.

Summarium Clemetinarum

2

Nomen Iesu dulce/precor da finem votive.

In dei nomine sic

ancæ et utiles p̄clusiones materialia q̄ glosarū q̄ doctorū circa clementinas et nouissime scribentur. vna cu pleniori te xt̄ earundē clementinaz sumario In al ma vniuersitate florētissimi studij Coloni. edite in lucē lucubratione hōrabil virti dñi Johānis de vanckelartiuꝝ li liberaliū m̄grī. diuinaz huānarū q̄ legum int̄pretis Jurisconsultorum inse gerrimi In Iure canonico in p̄fata vniuersitate ordinarij. in edib⁹ suis le de et resūpte feliciter incipiunt

Dhannes ep̄pis ser

u⁹ seruop̄ dei P̄n salutat doctores et scholares. qmb⁹ scribit et applicat bñ dictionem eis mittit. Scđo subdit causas q̄re opus est nouas p̄stitutiones cōdere Prima est q̄ nihil adeo clare statutur quin possit in dubiuꝝ reuocari ex causis nouis et emergētib⁹. qmb⁹ iura iā posita nō possunt mederi Scđo ē q̄ cū ois etas pna sit ad malū auctori tas superioris nēaria ē vt lites auferat. altercatioꝝ. dirimat dubia. collat et ob scura succidat Hoc dicit vſq̄ ad. Hec sane Premittēdū est p̄ euidentia hōr exordij. q̄ licet he p̄stitutiones fuerūt p̄ maiori pte edite a quīto Clemēte. et in p̄cilio vienen. qd fuit anno dñi millesimo. ccc. xi. vt nōt gl. penlī clemī. i. q̄. d̄ cē si. et pe. de anc. h. Ip̄e tñ Clemēs mor te preuēt⁹ eas nō p̄mulgauit p̄ bullam hōr fecit Jo. xxiiij. ei⁹ succor ut hōr p̄ hemio. Hinc est q̄ illud p̄hemiuꝝ icipit a iohāne. Elocātur tñ he p̄stitutiones nihilomin⁹ clementine q̄ tpe Clemētis edite fuerūt Nec emanauerūt he p̄stitutiones p̄ modū libri hōr pau. et glo. h in Hec sane in hōbo in vnuꝝ hōr emanauere nūt sub forma cōpilatioꝝ solū. et iō nō d̄ appellari septimus liber decretaliuꝝ quēadmodū sext⁹ appellat sext⁹ decre

taliū Unū legēs has p̄stitutiones nō d̄ allegare decretales in antiquis aut sexto positas p̄ sup̄. nec legens in decretalib⁹ aut sexto debet p̄stitutiones hōr positas allegare p̄ s. f. 3 bertrādū Dicit tñ Frā. de zabarell. q̄ nō multū refert an alie decretales allegant per. s. et he p̄stitutiones p̄ s. q̄ l̄ illud volumen nō sit pro prie lib. ē tñ qdā collectio vt vult tex. f. 9. sequēti ibi collectas in vnuꝝ. q̄ sunt facta post alias p̄pilatioꝝ. ergo nō in cōuenient he p̄stitutiones allegant p̄ s. et alie decretales p̄ s. cū q̄ sit quod p̄ di stantiaz est sub alio vt luna infra solez et hoc satis sentit hic Jo. an. in gl. f. n. Et in hoc volumine ad p̄fectuz dominoꝝ audiētū et mei ip̄i⁹ cupiēs aliqua brevia circa tex. et gl. succincte colligē p̄clusione p̄ ut circa librum sextum feci itēdo p̄cedē deo auxiliante. ac eius itē merata gemtrice Sit igitur Dña dcllo hec Dapa scribēs vniuersitati existentib⁹ n ea scribit filiis. licet frequē ter sint etiā ep̄pi studijs. Probaēt hic i tex. et i p̄hemio decre. et lexi. et rō cō clusionis est q̄ licet papa specifice scribēdo ep̄pis eos vocat fratres. c. q̄ graui s. de cri. fal. et cardinalib⁹ in p̄i scriben do. eos fratres appellat. licet eoz aliqui sint diaconi aut presbyteri et non ep̄i eo q̄ plures ex eis sunt episcopi vt dicit gl. in. c. i. de offi. leg. li. vi. et de hoc p̄ gl. et doc. in. c. nisi specialis et c. licz d̄ offi. leg. Lamē qñ scribit vniuersitati alicim⁹ studij. tñc scribit exntib⁹ in eavt suppositis scz tāq̄ magris aut discipul Ideo merito eos filios appellat Se cunda p̄clo Et q̄uis oib⁹ p̄morātibus in studio. p̄lit litterarū applicarū bñdicio. doctor. tñ qui desinet legē et schola ris desinet studē caret studij p̄nlegio Hac p̄cloz tenet hic frā. de zaba. Et de p̄nlegio benedictionis et effectu ei⁹ vide glosā in verbo benedictionez in prohemio sexti et que ibi dixi i vltima

D ij



Eūmariuz et conclusiones Clemētinaꝝ

pkone. Et hāc benedictionē pmo po
litur papa Clet⁹ in suis litteris Et sur
repticiū dicitur hodie ꝑ p̄tum aposto
licum in quo non ponit salutatio ⁊ be
nedictio ꝑ p̄tia nisi heretic⁹. schismatic⁹.
exēdical. vñ ab eccl̄a p̄cīs scriberetur
qz tunc loco benedictionis eis scribit
Spūm sanioris p̄tū ſc̄. Et ita notat
Spec.ii.de f̄p.p̄tatione ſ̄ rōne for
me circa p̄n. De p̄nilegio autem studij
dic qz illi nō gaudent qz desinunt legere
aut studere animo non redeund⁹ apti⁹
ad legendū aut studendū qz tūc nō sūe
ps illi⁹ studij Decus si desinſent ꝑ p̄t
infirmitatez aut alia iusta cauſa aio in
redeundi fm frā. Tertia p̄clo et fi.
Impossibile ē humane nature aliquā
p̄stitutionez iuris facere qz posset ad d
cionez oīm casū emergentium suffi
cere. Probat h̄ i exordio hui⁹ p̄hemij
et rō p̄clomis patet ex rex. Nō ob. si di
citur qz lex omnez iniquitatez expellit
la. i p̄n. L. d ve. ure. enu. qz dicendū qz
hoc verū ē qz ad p̄cepta et mādata ge
neralia. nō tamē omnes cas⁹. speciales
emergentes legislator preuidere aut d
cidere potuit. Varietas ligif hūane na
re et actuū humanoꝝ. quib⁹ iura sunt
cōdicta dat impfectionē legi. vt hic p̄z
Itē scđo ⁊ inuolua abiguitas. qz oīs
etas pna ē ad malū vt hic etiā p̄z. ⁊ in
c. omnis etas xij. q. i. hoc tñ intellige d
oi etare in quā p̄t dolus cadē et ita in
adolescentia qz etas ē cipax dolī xxiiij.
q. ii. in adolescentia. Et sic nō ob. c. firma
aūc rr. q. i. et ꝑ qz vero de pe. dis. ij. vbi
dicitur qz in pueris non est viciū neqz
vire⁹. qz illud p̄cedit in dolī non capax
cibus ꝑ p̄t pau. de leazarl. Et lz bonitas
p̄sumetur inesse hoī cum homo ab in
ſcio ſit bonus. c. i. d ſumma. tri. ſ. pro ꝑ
glo. in. c. ſi. forte de elect. l. vi. Tamen
bonitas ipa d̄ faciliter recedit ab hūana na
tura. ꝑpter ſomitē impellentem ad ma
lum que est pena originalis pccī. vt in

ca. iteratur de p̄le. dis. ij. ⁊ qz malū ꝑ se
pacet. bonū aut̄ non nū ꝑ gratiam. vt
in ca. ſi. et ibi notatur d̄ p̄le. dis. uiij.

Hec sane Clemens

quint⁹ cōſiderans plurimas cōſtitutio
nes edidit in quib⁹ multa utilia in iu
dicio ⁊ extra frequētaria statuit. quas
licet in vnu re-collegerit. cñ occupati
onibus varijs impeditus. et more p
uenit⁹ eas p̄mulgare non potuit. vnde
iobes successor eiusdeꝝ i aplatu lz ec̄ a
p̄ncipio p̄motōis sue ad egus tot ardu
is impedit⁹ fuit. vt eas publicare nō
posset postea tñ ipsas sub bullā ſua p
mulgauit. et subditis trāſmisſe. mādās
eas recipi et de cetero eisdem tñ iudi
cīs ꝑ extra vii Hoc dīc. Ex h̄ text.
elicitur talis p̄cl. Ad legis eſſentiam
requiriunt eria. pmo ꝑ iſtituſ. ſcđo ꝑ
p̄mulgetur. tertio ꝑ p̄mo:ibus vten
tium approbet. ⁊ his nō p̄currentibus
lex nō eſt pfecta. Probat h̄ eccl̄ or
dine humis ꝑ vſqz in finez ⁊ in ꝑleges
uij. dis. Institui autem debet cū magna
deliberatione prout tradicur in l. hūas
num. L. de legi. nihil enim ica ſtudioſe
cōpoſitum eſſe dicitur ſicut lex l. i. poſt
p̄n. L. de ve. ii. enucl. Postea debet
ſepniſ etamiaſ. anteqz p̄mulgetur. qz
ver. eas ſ. p̄pius agitata magl. ſpēdeſce
in lucem xxxv. q. ir. c. graue Et tunc ſi
approbata fuerit habere conditiones
iuste legia. de quibus in ca. erit autem
uij. dis. debet p̄mulgari. et tunc morib⁹
vtentium recipi. et approbari Quādo
autem noua cōſtitutio p̄ncipis incipi
at ligare laborat h̄ multum glo. verbi
de cetero. et Joh. and. in data ſexti Et
breuiter eſt diſtinguendum qz aut eſt
veteris iuris declaratoria et ſt. tim li
gat. ſ. de vſur. c. cum tu. et ibi de hoc ꝑ
glo. et in. c. ſi. ſ. de consti. aut eſt noui
iuris promulgatoria. et tunc ligat ſolū
poſt duos menses a die publicationis

De summa trinitate et fide catholica

3

sæde in curia romana q̄ est attendēda
non q̄ in alijs locis sit vt notat Jo.an
sup d.ca sc̄ti. et hoc est verū tam q̄ ad
p̄ncipalez dispositiōeſ. q̄s quo ad penā
nisi aliud c̄ēpus in ea adycereſ. vt in.c.
i.de postu.pli. et in.c. cū singuli de p̄bē.
li.vi. Et an p̄stitutio p̄mulgata. p̄t nō
recipi a b̄dīis sine peccato v̄d p.g. t
doc.an.c.i.s. de treu. et pa. Et an bullā
sit d̄ essentia p̄mlegij ap̄lici. h̄ ter. vide
tur app̄obare q̄ sic d̄ q̄ vi.arch. et Jo.
an.in p̄hemio sc̄ti et q̄ ibi dixi in.ſ. fi.

De summa trinitate et fide catholica

Fidei catholice et sancte matris eccl̄ie cō
fessio habet vniq̄ū dei filiuſ
vnū in essentiā eternā liter cū patre b̄b
sistenteſ. In tpe de virgine assūplisse
hūani corp⁹ et aīam rōnalez corp⁹ ve
re informātem ad vnitatez sue p̄sonē
Et q̄ p̄ salutē omnū in hac natura as
ſiupta. voluit cruci affigi. t̄ i ea mori. et
emissō ſpū voluit let⁹ ſuū aperiri vt in
de exiret ſanguis et aq̄ Ad qđ inducit
figurā p̄mi hominis ade. et anctez b̄t̄
iohannis euāgeliste Hoc dicit vſq̄ ad
H̄poro Ex ter. elicit tal' p̄clo P̄tria
Fidei catholice p̄fessio firma id tene
re debet qđ t̄ ſc̄a mater eccl̄ia. Pro
batur hic in ter. Et dicit fides catholici
ca.i. xlis a catholicon grece qđ est eni
uersale latī ſi vñl. d̄ mō. lau. q̄ fides
n̄ra est vñiversalis. ſi m oē tpo. ſi om̄i
neſ locum. et statū. vñ extra eam nō ē
ſal⁹ i.q̄ i.c. extra ſi Jo.an. et iō p̄fessio
huius fidei deb̄z esse firma. q̄ dubius i
fidei est heretic⁹. c. dubius de hereti. qđ

verū ſilla dubietate. q̄ fit aīo prinaci.
t deliberato. et cū quadā placenta cor
dis. q̄ dubietas q̄ nō fit er p̄niciſ
ex quadā infirmitate animi. aut ignorā
tia non ē heretica. c.p̄ tuas ſ. de ſimo.
et c.dānan. ſ.co ti. Per qđ ſaluantur
disputantes et resp̄dentes in theolo
gia. q̄ lic̄ ſepiuſ errēt. faciūt tñ preſta
tionem ſolennem q̄ interdū et ſemper
volūt ſe ſubmittere determinationi ec
cl̄ie. p̄t fecit abbas Joachim. in alt.
c.dānam. Et quare eccl̄ia dicitur mat̄
Dicendū qđ multiplici respectu. p̄mo
rōne p̄ncipij iſtōnis et plationis. c. q̄/
uis xxi. diſ. Sc̄do rōne baptiſmu. q̄ i ea
fnascin̄ p̄ baptiſmu. xii. q. ii. q̄ abſtulit
Dī eē caput et cardo xxi. diſ. ſacroſcā
xii. diſ. nō lucet. D̄ eniaz domina lxxix.
diſ. oporebat. ſc̄z c̄ ad p̄fectiōeſ et iu
riſdiſtioneſ viii. diſ. q̄ iure. ſicut etiam
imperator dicit dñs oīw. l. bene a zeno
ne. L. de q̄dri. p̄ſerip. nota. glo. et ibi
bar. in p̄hemio ſforum et noſatur xii.
q. ii. quiq̄ ſi milicium et iiii. q. v. dicat

Secunda conclusio Attendendus
est ordo ſacri cloquij beati Iohannis
euāgeliste qui habet ex corpore mor
tuo xp̄i in cruce ſanguinē et aquā pro
fluxiſſe. Probatur hec p̄clo hic in ter.
Non ob. c. cām que. de R̄p. l. vbi nō ac
tendit ordo ſp̄ti. q̄a ibi nō fuit rectus
ordo in R̄pro exp̄iſſuſ ſi quidā ordo p̄
poſteſuſ qđ ex errore ḡ celiſſ ſi guil.
Et ſi dicitur in corpe mortuo coagu
lat ſanguis i ep̄ate tanq̄ ſi fonte ſanguī
mis ergo nō poterat ex corpe xp̄i mor
tuo exire ſanguis Solutio ē dicendū
vt ſenit hic. g. verbi aperuit āre ſi. De
hoc fuit miraculoſe factum q̄ ſanguis
ita copioſe fluxit cum ſaltu de corpore
mortuo propter confirmationeſ et au
gmentum fidei et vt nil detrahatur fu
gure hic poſite Unde ſi naturā cor
puſ mortuum non eſt fluidum niſi for
tasse parum guttatim Non ob. ſi dicit

D iiii

Sūmariuz et conclusiones Clemētinaz

q̄ ex decapitato sanguis ipetuose fluic
quia in tali corpus est calidum et forte
sanguis incipit fluere ante mortem Et
si dicatur q̄ in hoc non sit credendum
testimonio vnius pura Jobis euāge/
liste per tex.in.c.Lum omni.de testi. et
c.xum esles.de testamēil.ij.q.i.si pecca/
uerit cum sanlibus Solutio dicendū
q̄ hic sufficit testimoniu vnius scilicet
solius Jobis quia ecclesia illud appro/
bavit. Ende dicit augusti. ad faustum
hereticuz Non crederem euangelio ni
si auctoritas ecclie me ad hoc spelleret
Ratio quia ecclesia est fundamentum fi
dei quam necesse est credere regi a spi
ritu sancto in his que ad fidem necessa
ria sunt ut errare nō possit Ende pe
tro dictū fuit Super hāc petram edifi
cabo ecclesiam meam et porte inferi id
est astutie hereticorū non preualebū
aduersus eam. Uel dic q̄ sufficit testi/
monium vnius vbi ille talia dixit nu/
tu diuino seu regulatione diuina. Un
si aliquis euāgelistarum minus vera
scripsisset alij euāgelistē illud tāq̄ op
positum fidei reprobassent et contrari
um scripsissent. et hac de causa scripto
ribus rerū gestarū potissime creditur

No. 2. dico. pfr.
vid. gl. p. q. ibi. st.
f. m. c. h. p. s. d.
p. p. o.

Tractant hic pau. et francis.de vi/
tione preter. que stat quandoq̄ inclu/
sive ut qn̄ id quod sequit̄ est alterius
generis q̄ ea que precedit̄ et tunc stat
provlra. Ut lego tibi omnia vina mea
preter decretales. quia sensus est q̄ ul/
tra decretales lego tibi etiā omnia vi
na mea facit.c.cuz ab omni de vi. et ho.
cleri. c.litteras de presump.c. decet.de
emuni eccl.li.vi. Quandoq̄ stat exclu/
sive quando id quod sequitur est de ge
nere precedentium et de sui natura in
cluditur in precedentibus ut do tibi
omnes libros meos preter decretales
xvi.q.i.adīcimus.de deci.c. tua nobis
et de prescript.c.ex transmissa Et vnu
singulare dicit Inno.in.c.dubium.ij.3

elect. videlicet hec dictio preter in casu
quo deberet includere si in materia sic
odiosa nō includit sed excludit Verbi
gratia Papa dispensat cum Litio. q̄
preter beneficia que obtinet possit ad
huc retinere vñā ecclesiam vel digni/
tatem Nam per hoc nō dicitur dispē/
satum cum illo super illis beneficijs
que habz et ita fuit obtentum in curia
De hac dictione vide etiā arch.in ca.
ebron. xiiij.q.ij. Hic sunt plures noi
ta. Glo.in materia theologorum. quas
epilogando substantialiter recitat hic
panor. Una ostēdit q̄ statim a tpe con
ceptionis. xp̄us fuit perfectus homo
In alijs autem nō infunditur anima
statiz tempore conceptionis. sed fetus
seu embrio formatur et habilitat p̄ cer
tuz tempus. vide hic in glo. verbi vni
tas Item lz christus fuerat purus
sanguineus ratione cōplexionis. tamē
postea ex senio defecisset. quapropter
errant illi. qui imponunt galieno. qd̄ dis
cissz q̄ xp̄us nunq̄ naturaliter obihsz
si passus non fuisset. qd̄ falsum est. vt
probatur hic in glo. verbi passibile. nec
est credendum q̄ galienus hoc vñq̄ di
xisset cum tempore christi non erat in
humanis. sed dndum postea. vt patet
ex chronicis Et quare xp̄us voluit as
sumere corpus passibile pater ex eadez
glo. Item quare tempore incarnationis.
et non prius aut tardius voluit
xp̄us incarnari vide hic in gl. verbi ex
tempore Quare de maria et nō de alia
virgine vide hic glos. verbi virginali
Item quare elegit christ⁹ mortem cru
ci. et non aliam vide hic gl. verbi cru
ci Item quare euāgelistē figurantur
diuersimode tractat hic gl. verbi iobis

Pozzo erronea est
positio habens. q̄ substantia anima
tionalis vere. et per se nō sit forma hu

De summa trinitate et fide catholica

mani corporis. et eam tenens pertinat
citer est hereticus. Hoc dicit. Ex tez.
elicitur talis p̄clo. Anima rationalis
et intellectus. que est vere substantia
per se et essentialiter. humani corporis
est forma. Probat hic in tez. Et quod sic
vere substantia etiam probat Augustinus. t.
de ciuitate dei. dicens quod anima
est substantia. et ens per se subsistens
quoniam non est ens per se subsistens. ei non
esset aliqua operatio cuius operari non sit
aliterius quam entis in actu. Sed cum opera
propria anime intellectus. sit ipsum
intelligere et illud operatur anima sine
corpo. ergo per se subsistit. Et quod per
se. et essentialiter informat corpus hu-
manum. est hic decisum. quod tempore loci
alii Vienenses. et antea erant de hoc for-
tia argumenta pro et contra. Et ne amos
do de hoc fiat dissertatio. Loculum de
crevit pro articulo fidei tenendum quod
anima rationalis. per se et essentialiter sit
forma humani corporis. adeo quod pertinet
naciter contrarium asserens hereticus
est iudicandus. non tam anima ratio-
nalis per omnia se habet sicut alie anima
que non possunt per se sine corpe
subsistere ut latissime patet hic in glo.
verbi intellectus. que etiam dicit ad quod
resurgent corpora nostra. nam sit resur-
rectio quia anima sine corpore non ha-
bet beatitudinem perfectam. et requie-
propter rensum. que anima habet ad
corpus. cum quo facit unum totum co-
positum.

Ad hoc sicut est unum
deus. et unica fides ita est unum ba-
ptisma. quod celebratum in aqua in
nomine patris. et filii. et spiritus san-
cti. etiam parvulus quam adultis proficit ad
salutem. et per ipsum dimittuntur pec-
cata. Infunditur etiam parvulus. quo
ad habitum virtutes. et informans gra-
tia. accensa generali mortis Christi effi-

cacia. hoc dicit. Ex tez. elicitur talis
con. Prima Vtura orthodoxorum do-
ctrina. ponit unicū esse baptisma. Pro-
batur hic in tez. Unde in symbolo quod
cantatur in missa. dicitur Confiteor
unum baptisma. et de hoc in ca. aliud
de conse. dist. iiiij. Concurrunt autem quod
tuor cause ad verum baptisma scilicet
effectua que est deus. materialis que est
aqua. non aliud liquor. et non apponens
sed de baptis. Formalis que consistit in
prolatione verborum. de quibus h. in
tez. et in c. i. s. de baptis. Et finalis quod est
remissio omnium peccatorum. pro quo
notatur xxij. dis. qui episcopus. in glo.
verbi dimittantur. et in quarto finiarum
dis. iij. et viij. Et septem dona baptismi pro
portionalia septem donis spissi. vi. pro
glo. in ca. peruenit xx. q. i. Secunda
p̄clo. Unius baptismi effectus est dele-
re omnem culpam peccati. tam in pueris
quam in adultis. Probatur hic et in c. fir-
miter. Sacramentum s. de sum. trinita. quod ves-
trum si rice conferatur in forma ecclesie
a quocunque. etiam heretico aut pagano
ut ibi dicitur. Delet autem nedium cul-
pam peccati originalis. ut non oblit am-
plius ut in Specie. iij. gl. de pe. dis. iij.
sed etiam in adulto. Cessante fictione
delet omne peccatum actuale. ita quod
etiam non remanet ipsius satisfactione pro
peccato. que tam in pueris remanet. ut
in ca. i. et in ca. sine penitentia de cose.
dis. iij. Ex quo patet. quod baptismus pro-
dest etiam pueris adultis. Sed an prodest
non dux natus in mundu putat ei cuius
solum caput aut manus apparet. De non
videtur per tez. h. qui dicit pueris. s. z
nondum natus. non est puerus. iuxta
illud puerus natus est nobis. et nemo
potest renasci nisi fuerit natus. de cose.
dis. iij. si ad matris. et c. qui in maternis
Est h. sine vera. tamen puerus est quod imminē
te piculo mortis quicquid apparet de pu-
ero extra uterum siue sit manus siue ca-

D. iij

Art. an non natus
potest renasci. p. m.
aliquod melius. q. r.
Vulnus apertum

Sūmariuz et conclusiones Clemētinaz

De gracia d^ey

put. baptisetur ei hoc p^rp^te penetrabile
et occulta operatione spiritus sancti. i. q. i.
multi. circa medium et sperandum est hoc
posse succurrere baptisato. Quid autem si
nascatur monstrum? Solutio autem habet
duo aut tria capita. et tunc si habet unum
pectus. sufficit unus baptisatus. si duo
pectorata. sicut aliquos requirunt duo ba-
ptismata. quia anima est in corpore so-
litu^m vnitio. et facit. l. si gemina. s. arb. sur-
cessit. vbi si tructus arboris extra terram sit
vniuersus. est vntica arbor. si est diuisus est
gemina arbor. Alij dicunt quod caput du^m
baptisari. et si plura capita. erunt plures
baptismi. et hoc est tutum dum tamē
respectus habeatur ad illud. aut nascit
aliud monstrum. p^rcea si apparet medius ho-
mī et medius vitulus. a pīscis. si tunc spiritus hu-
manus magis abundat in humanitate.
et in alijs tunc est baptisandum. iiiij. q. iij.
Hermaphroditus sed si non plus abun-
daret in forma humana. nō deberet ba-
ptisari quia pro homine non habere^t
l. non sunt liberi. s. de sta. h. o. et l. q. d. cer-
tarum. L. de postul. m. Tertia p^rc^o
Uera et infallibilis est doctoriū opinio
quod tam adultis. et paullis. virtutes. et
gratia informans. infundantur in bapti-
smo. Probatur hic in fine tex. Et hinc
in parvulis non sentientibus fuerunt
opiniones. de quibus hic in glo. verbi
opiniones. tamē L^ociliū hic approbat
quod virtutes infunduntur quod ad habitu^m
Et de theologis virtutibus que sunt
tres. scilicet fides spes et charitas nō est
dubitatio inter doctores. sed de moralib^m
ut se fortitudo. prudentia. iustitia. an in
sudatur aut postmodum adquirunt. sicut
optimi theologi. de quib^m hī gl. penit.
gratia autem qualis et qualiter infun-
datur in baptismate. patet hic in glo.
verbi informans gratia. Unde gratia
non est per omnia idem quod charitas p^r
ut est virtus theologica. sed preuenit gra-
tia charitatē sicut omnes virtutes ut

patet in secundo sententiaruz dis. xxvij.
et sic gratia prius est natura et charitas
sunt tamen simul sicut actum et ipsa. vñ
habens gratiam. habet charitatem et est
Item gratia significat quandam acce-
ptionem. quatenus homo sit deo gratia
et charitas significat quandam dilectionem.
q. homo diligit deum Item gra-
tia dicitur informans. quia per eam in-
formamur ut simus spirituales et mem-
bra christi quia sicut anima informat corpus
et constituit ipsum in esse. vt. s. c. s. por-
ro Ita gratia informat animam. et eas
constituit in hoc quod haberent esse spiri-
tuale. saltez in habitu. f. s. frā. hic. post
pau. qui dicunt. quod gratia sit spiritualis
influentia. participem faciens ratione
creaturā eternae beatitudinis. ut in ca-
ecclie qualitas de p^rse. dis. viij. Et repe-
ritur duplex. quedam est generalissima
sine qua nihil facere possumus. nec in eē
subsistere. vel durare. Alia est specialis
et illa est duplex. quedam est gratia gra-
tis data. que datur ex quadam gratitudi-
ne dei. et mouet hominem ad bonus
et ad suscipendum donum spiritus sa-
cra. de conse. dis. viij. c. placuit. s. v. l. Alia
est gratia gratū faciens que nihil aliud
est quam donum spiritus sancti. de conse.
dis. viij. c. quo. s. i. et ad hanc obtinendam
requiritur primo deus efficiens. secun-
do gratia gratis data. tertio liberum arbitriū
habilitas se ad hoc. quibus pre-
cedentibus statim infunditur donum
spiritus sancti in hoīe ita nō. h. frā. de zaba.

De rescriptis Bates 7. a.

lī prelati. si volunt agere
locis sibi subjectis. auctoritate
litterarum apostolicarum. nullū
possunt trahere nisi in locis et coram
personis vbi ipsorum locorum gubernatores
eos possent conuenire. etiam

De rescriptis

si loca ipsis subiecta sint de mensa. Et contra faciens punitur in expensis tenerur ad iteresse et processus habitus est nullus ipso iure. Hoc dicit Et prudenter contra fraudem que committetur contra decretalem statutum in. s. cum vero de fr. pt. li. vi. ut tangit hic gl. pma. Propterea Superior prelatus potest agere pro membro etiam specialem rectorem habente. Probatur hic in text. facit. c. cum deputati. s. de iudi. et. c. cum olim de testi. qd verum etiam excommunicato inferiore. quia hec exceptio non obstat superiori agenti. ut hic in gl. verbi coram quibus. Et ratio est quia superiori conceditur agere pro inferioribus a lege. et ideo non obstat inferiorum excusatio f3 paup. pe. et stepha. Sicut nec ep excusatio superiori. inferiori agenti obstat. qd id inferiorum officia a superiori tñ ei administratio non dependet ab eo sed a lege ut notat Inno. in. c. consuli de procurato. Unde agere pro loco cui administratio est gerit etiam si sit obedientiarii et ad nutum superioris revocabilis. qd diu durat ei administratio ut h in gl. ubi licet. si tñ superior prelati in agendo aut defendendo concurreret cum eo: ille per ferretur quia cu obedientiarius possit ad nutum remoueri a totali administratione. poterit etiam a parte. c. pastoralis de offi. delega. s. Si tamen unus eorum conuenientur et contumax fuerit. non debet fieri missio in possessionem sed operari qd omnes citentur et sint contumaces ex quo omnibus competit defensio ut vult etiam gl. alle. Secunda conclusio Hec procedunt non solum in abbate aut religioso. sed etiam in seculari prelato. Probatur hec propterea hic in contra glo. verbi presidentes. nam licet tex. hic loquatur de religiosis tñ. et ita aliud videtur in secularibus ar. c. nonne de p. sump. tñ id est in eis propter identitatem rationis. na littere impetrare ad lites sunt

odiose. et contra iurisdictionem ordinis riorum. igitur restringendae. c. p. 7. g. de offi. dele. que ratio etiam in secularibus cocludit. Lex. tñ solum dixit de religionis. qui frequenter habet loca in diversis diocesis. et sic sepius in eis fraus (cui hic prouidetur) committetur. ar. l. nam ad ea. ff. de legi. Datet ergo ex hoc tex. in contra glo. alle. qd etiam penalis constitutio extenditur propter identitatem rationis. Non obstat. c. statutu. de elect. li. vi. et regula in penis cuccor. de re. iuris. eo. li. quia dicendum qd pue ibi non dicitur fieri extensio. ubi reperiatur identitatis ratio. sed potius est ibi quedam inclusio. cu lex non sit alia. qd ei mens et intentio. Unde mes legis regulatur ab ipsa ratione. l. nominis et rei ff. de verb. signifi. et hoc vult gl. in. c. i. 3 tpi. or. li. vi. fm fr. de quo hic per pa. nor. Unde dicit Antho. qd dictum in in uno. non videtur negatum in alio. qd ratio maioris frequentationis. id qd dictum est finit expressioni et sic limitat pall. c. nonne Tertia propterea H3 1g3 et locu. b. constitutio siue superior agat pro iure membrorum subiecti. siue pro iure qd habet in membro. Probatur h in tex. dum dicit occasione priorum. et sic non habet locu cuius superior agit causam propria aut immediata siue administrationis ut h in gl. ubi. occone Quarta co. etiam si inferior loco sit de superioris plati mensa. h3 locu b. cle. Probatur h in gl. nec occasio. et dicunt loca de mensa plati qd directu. Et utile dñiuz est penes plati de qd vid g. in cle. i. q. de ex. cel. pl. in hbo ad mensam. et talia non sunt specialis gubernatores. qd probatur h in tex. Et sic episcopi cu pscu capli non per eccam applicare mensam siue cle. fi. ad fi. qd re. ecc. n. alie. ita nec religiosi plati sunt mensis suis applicare porat. et alia bnficia qd sup. neg. pl. cle. qd regulares. hi. Item si huiusmodi loca. dentur alicui in titulum. videtur separari de mensa.

D v

Art. qd occurrit
locu de mensa

Summarium et Conclusiones Clemētinarū

qd verum fm Imolam. si hoc fieret ex causa. et cuz debita solennitate. c. tem porum qualitas viij. q. i. et notat glo. in all. cle. i. Ultia p̄clo Texans aliquē ſ hanc pſtitutione. triplicē patitur pe nam Probatur hic in fine ⁊ nō fit hec vexatio ex sola impetratiōne ut hic in glo. verbi vexare. et ratio est. quia post foliam impetratiōnem nihil interest rei expōr ſ pto non vti. vt notat hosti. de resti. ſpo. c. ex p̄ questione Ueniunt ergo he penē. ex vexatione. que dicitur ſcri. per foliam citationem. ſeu quēcunq; adūm in diſtiale fm pau. Paret etiam ex h. tex. q̄ religiosus pōt. o demnari in expensis. si alium indebitur vexet et debet ſolutere illis de fructibus ſui beneſiſ. ſi qd habet. v'l ſi eſt clauſtralis. tūc de portione quam a mōſterio percipit de quo dicendum ut notat Inno. in. c. cuz olim. ij. de priuile. et per pau. in cle. i. ⁊ de deci. Quomodo autem diſerunt expenſe. et intereſſe. vide in. c. in noſtra de iniuri.

Si p̄ncipalís

officialis episcopi aut prior conuentualis poſſit depurari delegatus aplice ad hoc tamen non poſteſt depurari officialis foraneus aut prior clauſtralis Hoc dicit Prima cōclō Ductoritate apostolica. à legati pape. poſſunt cauſe delegari officiali episcopi p̄ncipali ⁊ priori conuentuali. Proba tur hic in tex. Et ratio dubitādi ⁊ deſcidēdi pat̄z hic in glo. verbi elecțiōe. Et autem officialis p̄ncipalís epi ille qui eſt conſtitutus in ciuitate. propter auſtem cathedre epalis que eſt caput totius dioceſ. c. quamuis de preben. li. vi. fm frācis. ⁊ genzel. Elet fm frācis. depuratus ſimpliciter non facta deterrimatiōe alicuius certi loci. Et ſi duo eſſent propter multitudinē populi ali bi q̄ in ciuitate. nec eſſz aliquis in ciui-

tate deputatus. ille diceretur principa lis ad quem p̄mūtē fit recursus ut ad p̄ncipalē et qui fm p̄mūnem vſum habetur pro principali ut in. c. p̄ſultati onibus de iure patro. et. c. quis de ho borum signi. fm genze. Et ſi non appa ret de cōmuni vſu aut ambo ſunt in ciuitate deputati et ſimpliciter officialis i iudicē impetratur ille erit iudex q̄e imperator eligit quaſi de illo ſenſiſſet De quo in. c. qm abbas de offi. delega. ⁊ Archidi. in. c. ſi propter. ſ. eo. ti. li. vi. Quid autem ſi delinat eſſe officialis et ſibi finit cauſa cōmissa vide hic in glo. ij. que dicit q̄ durat iudex ſi nom̄ pro priuſ eſſet expreſſuſ aut niſi alias impe diatur Intellige ſi fieret bigam⁊ et cauſa ſuic ſpūalis quia talis de ſpūali cauſa cognoscere non poſteſt ſecus ſi p̄tra xit cum virgine quia licet tunc nō poſſet eſſe iudex ordinarius in cauſa ecclie ſiaſtice ut in. c. vnicō de cleri. p̄iuga. li. vi. Tamen delegatam p̄tatem ſibi pōt retinere ⁊ cām p̄tinuare. c. decernimus de iudi. Hoc enī vltimū pau. non placit q̄ talis nihil de clericatu retinet exce p̄tis duobus de quibus in. c. vnicō all. Unde ſi eſt talis cauſa cui⁊ p̄gnitio nō cadit in laicum expirat ſua iurisdictio pro q. c. ij. et. ij. ſ. de cle. p̄iuga. Itē p̄ncipalís offi. epi vari p̄t a papa. delegatus etiam ſi epi ſit excoicat⁊ I⁊ hoc cauſa nō poſſet pcedē in cauſis dependētib⁊ ab ordinaria iurisdictio. c. i. de offi. vi. ca. li. vi. quia in cauſa ſibi delegata non gerit vicē episcopi ar. i. eo. c. i. i. fi. imo in illa cauſa maior ē episcopo. c. ſtudi ſti de offi. leg. Unū epi de cauſa p̄missa officiali p̄gnoscere nō pōt q̄ ſi epi euz remoueret ab officiālatu ppter cauſam ſibi delegatā et hoc faceret in fraudem poſſet delegat⁊ ſ epi tamq̄ contra perturbantē ſuā iurisdictio. pcedere. c. i. de offi. dele. fm. frācis. hic Quid autē in officiali archidiaconi aut vicario in

De rescriptis

6

spiritualibus vide hic in glo.iiij. et se-
quend. que sentiunt q̄ tales non pos-
sunt delegari nisi ex certa scientia pape
Officialis tamen capituli sede vacan-
tia aut electi p̄firmati nondū p̄secreti p̄nē
delegari ut in ea. glo. quia consecratio
nil addit ad iurisdictionē. c. transmissaz
s. de elect. facit. c. cum nullus h̄i. in fi. d
tempo. ordi. li. vi. Non ob. si dicat. ha-
benti dignitatē potest causa a sede a
postolica p̄miti. c. statutū in pn. s. e. li.
vi. Sz officialis archidiaconi aut alte-
ri plati inferioris ab epo censem eadēz
psona cū archidiacono. c. Non putam
d̄ sue. li. vi. igit̄. Quia dicendū q̄. c.
statutū p̄cedit in h̄ntē dignitatē iure
pprio Aliud ergo in eo q̄ habet digni-
tatez in iure alieno fm. fran. genze. Et
q̄ hec decre. extendit decre. statutuz. ad
officialem principalez ep̄i qui dignita-
tē optinet accidētalit. p̄e vim h̄bōz
ibidem platoz. cū tex. abi loquit̄ de ha-
bente dignitatē iure pprio Ideo nō de-
bet hec cle. ampliari. ad casū h̄bis litter-
re nō p̄prehensuz. ar. regule q̄ s. iure d
regul. iur. li. vi. Ideo tenendum q̄ so-
lus officialis ep̄i p̄ncipalis possit dari
delegat̄ fm eos et sequit̄ antho. vnde
dicunt hoc statutū p̄pt̄ p̄rogatiuā ep̄i.
cui in mult. deferit ar. c. q̄ p̄otificali de-
offi. deleg. li. vi. Quis aut dicat p̄or cō-
uētu. lis dicendū q̄ ille q̄ preest mona-
sterio tāq̄ abbas nec habz in illo loco
abbatez sup̄ se. et talis est prelat̄. licet
sit ad nutū supioris remouibilis et re-
gularit assumit p̄ electionē. lic̄ p̄suetu-
dine possit introduci ut a supiore p̄stis-
tuat ut h̄ in gl. h̄bi p̄tualē et seqnti.

Secūda con. Nō p̄nt officialis ep̄i
foraneo. aut p̄or claustralit. delegati. a
sede aplica aut legato ipsius deputari
Probab̄ h̄ in secūda pte tex. Et quis
sit officialis foraneus. vi. h̄ in glo. h̄bi
foraneo. prior aut claustralit et qui p̄stis-
tuat tm̄ ut presit claustro et habz i eo/

dez monasterio sup̄ se abbatez ad quez
pn̄z p̄uisio. cura et administratio mo-
nasterij. vñ prior talis non dicit habē
dignitatē sed solū solitudinē p̄cerne-
tem obſuātias regulares in choro. et
caplo ē. Et sic residē debz in claustro
et exp̄s esse causaz seculariū. c. de mor-
nachis de preben. Ideo tali nō potest
fieri delegatio. alle. c. statutū Et nō h̄
glo. h̄bi foraneo. in eo qđ dicit q̄ ep̄i et
officialis sui p̄ncipalis idē sit p̄sitorū
q̄ per hoc sentit glo. q̄ ab officiali fo-
raneo ep̄i. qui p̄stituit ad portionē iu-
risdictionis. in certa pte diocesis pos-
sit ad ep̄m vel ad officialez p̄ncipalem
ep̄i appellare. et q̄ talis censem delegat̄
ab ep̄o. et ita nōt Inno. in. c. romana in
pn. de appella. li. vi. Ratio q̄ a subditl.
ep̄i potest appellari ad ep̄m aut officia-
lem et p̄ncipalem. sed officialis forane-
us est subdit̄ ep̄i igit̄. De quo hic
lati p̄ pe. de anco. et Imo.

Editor curie

qui p̄nūciat beneficū alicui de-
bitum potest eidem prouidere de illo
beneficio licet non habeat ad hoc no-
num mandatū. Hoc dicit. Et dicit
paulus q̄ olim contrarium tenebat cu-
ria et sepius lata sententia. expectabas-
tur ad magnum tempus anteq̄ fieret
collatio. qđ erat periculosu. Ideo uti-
lis fuit hec prouisio. Puma cō. Ne-
cessariuz est inter auditorem. Judicez.
et executorem facere differentiam aliq̄
lem. Probatur hec conclusio. Nam au-
ditor tantū audit. et nō p̄nūciat. nisi ex
speciali mādato ei. q̄ ipsū deputauit. et
tali qñq̄ merus articulus est p̄missus
c. super questionū. s. cū aut. de offi. dele.
et p̄. vez. et talis p̄prie nō h̄z iurisdicti-
onē. h̄ notioz. Est at notio p̄gnitio q̄/
dā. s. iurisdictiō. l. notioz. ff. d. h̄. sig.
Qñq̄ mixtus ut cū aliqua cā exami-
nanda aut p̄gnoscēda alicui ē p̄missa.

Summarium et Conclusiones Clemētinarū

talis enim prūciare nō p̄t.ar.c.nonne
de presup. Nā qd dicitur iudex de qua
re pgnoscit prūciare dʒ.l.de qua re. ff.
de iudi.c.cu iup.de causa pos. et ppue.
verū est eo iudice qui h̄z p̄tāc luper
viroqz nā in origina ida p̄tāc indicis
vnūm sub alto nō includitur.l.vbi.L.
de fal.Executor vero est qui p̄t̄q pgnis
tum est de causa et lata sentētia:dat ad
execuendū illud.qd est diffinitiū.c.8 cest
terō s.8 re.iudi.z.l.executor z.L.8 ex
ecu.re.iudi.et talis dicit executor facti
seu mer. et nullā h̄z pgnitioe.z. ut in
Jurib⁹ all. Est z ah⁹ executor gratiar⁹
aplicarū.de quo p gl.in.c.su.de pben. et
talſi iurisdictioe habeat d̄f in proprie
executor.sed iudex a pgnitor. Si nullā
pgnitioe h̄z d̄f pprie execuor. Iudex
autē h̄z oia facere sc̄z audire et prūciare
ar.l.de q re. ff. de iudi Secunda
pcl. Līc̄z in ro.nana curia sint auditō
res varij.null⁹ tñ cor h̄z iurisdictioe
ordinarii h̄z oēs censent delegati. Dū
ma ps pclonis sic p̄z.nā in curia roma
na est quidā auditor camere.q p̄stitut⁹
est a papa ut cognoscat de cauf p̄tē
tib⁹ ad camerā pape.puta de p̄tib⁹ et
velid. om̄sis in curia ac q̄onib⁹ emer
gentib⁹ ex his q̄ fuit int̄ curiales. Est
et aliis qui vocat auditor p̄dictarū.q
p̄stitut⁹ est s̄l.ter a pp. ut pgnoscat an
līe debeant ipetrari.aut pcedi.su qui
iudices z in q̄ loco. et d̄ istis nō loquic
h̄ text. Alius est auditor q̄ p̄stitut⁹ ad
cas p̄ticulares. Et h̄ duplicit̄ depurat.
vno mō p p̄pā. et ei⁹ pprio ore in ma
gnis et arduis causis. sic in electiōe ca
thedraliū er regulariū ecēar. in quib⁹
regulariū deputant cardinales de qb⁹
in.c.raynūcius de testa. et h̄ in gl. h̄bi a
nobis su.in. et tales ex simplici p̄missiōe
cause non ferūt s̄niā. nisi ex nono mā
dato pape.all.c.raynūci⁹. H̄cū at z.c.cu
n̄ris. Auditor d̄ pces. pben. Sūt alij q̄
depūtātur auditores carū p̄ticulariū s

ferior̄ in pallatio p̄ape.p referendarū
seu officiale pape aut aliū vice pape.
ec illi etiā non ferūt s̄niā ex generali
comiſſione sed post p̄cloz.caz ad papā
referūt et tūc recepta noua comiſſiōe
s̄niā ferūt: examinata tam p̄us cā ab
alijs audito:ib⁹ et sic de p̄sensu oīm aue
matoris p̄tis fert s̄niā. et de isil. duob⁹
vltimis loquit̄ h̄ text. Sc̄bz p̄t̄ p̄clu
sionis tenuit arch. vt dicit h̄ glo.l.i fi.
l3 gl.tenuit p̄riū cū q̄ cōcor. bar. in. k.p/
cipim⁹. L. de appell. h̄ videt veri⁹ d̄cm
arch. eo q̄ bonificius octau⁹ ita p̄nū/
cavit. cui p̄nūciatōni ē stādū.c. in cauf
s. de sen. et re iudi.ar.c. in cauf.s.8 off.
dce. p q̄ facit tex.dū dicit deputat⁹.qd
h̄bū delegatōe z importat. et ilt̄ z h̄ frā.

Ultiā p̄clo Si auditor Curie p̄nū
ciat benef. cū alicui debitū fore. p̄t̄ cide
de illo p̄uidē sine noua p̄missiōe. Pro
bat hic in tex.aliud i auditorē dato et
curiā vt h̄ in gl.ij. et rō q̄ de rigore iu
ris iudex dat⁹ ad pgnoseē dū.nō cōfere
nec p̄uidet. cū hoc libi nō sit p̄missiū et
sit act⁹ separatus. etiā a s̄niā. q̄ p̄nūciat
bñficiū alicui debitū.c. si eo. de offi. de/
le. fm ḡnsel. et ste. Et h̄ hec rō etiā vr
get in auditorē i curia deputato tñ et
p̄missione h̄ cle. aliud est in auditorib⁹
curie de eq̄itate statutū. ut vites circui
tus ut nota h̄ i fi. tex. z cū h̄ tex. idisti
cte loquar̄ p̄t̄ p̄babilit̄ dici. vt pcedat
sue ordinatio bñficiū sp̄citat ad papaz
sue ad aliū inferiorē puta legatu. Jū
nota in.c.su.soli de pces.pben.li.vi. Et
p̄ hec nō obstat.c.cu dilecta.s. de p̄p.
Ubi factū ē p̄missionē ē nullū. q̄a illō
d̄rigore iuris. hec cle. p̄cedit ex eq̄itate
Nō tñ h̄z locū h̄ cle. q̄n bñficiū q̄n̄ci
atur cē tuñ q̄a tūc nō est op̄ alij colla
tione q̄a qd men̄ ē z. c. inter p̄cerē d̄
fide instru. aliō enī est bñficiū cē curiū
aliō tibi debitū vt h̄ in. gl. verbi d̄bitū

Nota h̄ et tex. circuitū vitandū qd
verū qn̄ nō est alicuius effect⁹. q̄ si ali

De rescriptis

enī eccl effect⁹. nō vitareſ. c. tuā. de ordi. pgn. c. lator. q. fi. ſunt le. vbi ſub cer-
to articulo recedit a iudice ſeculari. et
iur ad eccliaſticiū. et eo decisio ſic redit⁹
ad ſclarię. et h̄ ex eo ptingit q. ſclari. ibi
n̄ potuit de illo articulo pgnosce. Ita i
auditore extra curiā deputato. aut ab
altro q. pp. etiā in curia. vt h̄ in glo. iij.
nō euitat circuit⁹. q. est alicui⁹ effect⁹.
ſcz ut pleni⁹ de cā pgnoscat. q. ſetētia
in cā bñficiali nō trālit in rez iudicataz
q. ad ſupiorē l̄z bñ q. ad p̄c qd ē mēti
cenēdū f̄z doc. Sz auditoy in curia ſ
putatorū ſntaz pp n̄ ſolz retractare cū
fiat de pſelū alioꝝ auditoy. v̄l maiori.
ptl. vt dixi. ſup q. rōne ſūdat h̄. cle. f̄z
Frā. Aduerte ecq. executor gr̄e apli
ce. aut delegat⁹. q. pñuiciavit alicui for
re debituz. et illd ſibi adiudicauit. p̄t ſi
bi pferre ſi eſt bñficiū ſpectas ad col
lationē pape. et talē in corporalē poſſeſſi
onē mittē. licet hec nō ſint ſibi cōmiffa
expſſe q. exq. collatio ad papā ſpectat.
nō eſt viſ q̄ ſiſerat. an papa. aut ex
ecutor autē pape. arg. huius cle. et. c. cū
olim de re. iudi. ſec⁹ ſi ad aliū collo ſpe
dat. c. ſup eo de offi. dele. f̄z pau.

Rat̄ie per quā

de beneficio alicui pñideri mā
dat. tacite renūciat. qui an pñiſionē ali
ud pñequit quod cū alio haberi nō p̄t
qd vigore gr̄e expectabat. Hoc dicit

Ex tex. elicit talis p̄clō Per aſſecu
tionē bñficiū incōpatibilis cū eo. qd de
betur p̄ gr̄az. amittit expectas gratiaſ
Probat h̄ in tex. et rō p̄clonis eſt q.
per aſſecutionē ſecūdi incōpatibilis tol
litur ius in re. qd h̄etur i pmo bñficio
et ipo iure amitteri p̄mū. c. de multa ſ
pben. ergo multo magis ius ad rez. qd
habet p̄ gratiā vt eſt gl. in h̄bo debitū
ſ. prima cle. Facili⁹ enīz diſſoluſ ius
ad rem. q̄ ius in re. c. fi. ſ. de cōces. p̄b̄.
hec ſn̄ vera dūmō bñficiū aſſecutū h̄as

beat pacifice. i. ſn̄ pñuerſia iur. et faci iu
diciali. aut etiā iudiciali. de quo in. c. con
miſſa ſelect. li. vi. et ē decisio rote. xxx
vi. in atiqs Iec̄ pcedit h̄ etiā ſi bñfici
um aſſecutū resignet. aut pñuiceſ cum
altro pñatibili. q. ius ſemel extinctū am
pli⁹ nō reuiuiscit. vt h̄ in gl. penul. et fi.
ne iuwaret i acceptatiō ſcđi bñfici ſi
ſieret pñria preſtatio. q. eſſet pñria facto
Ideo nō iuwaret. c. cū M. ferrarien. ſ.
d. p̄ſti. Que autē bñficia ſint ſi iure cō
muni icōpatibilis vi. h̄ in gl. vbi bñfici
ū. et dixi aliqd in. c. gr̄a eo. ti. li. vi. et p
doct. in. c. de multa. de p̄b̄. et panor. in
c. fi. de cle. nō resi. et i repet. c. extirpād
q. q̄. de p̄ben. et p̄ Jo. de lig. in tra
ctatu de pluralitate bñficiꝝ que poit
in hac cle. et p̄ gl. ſ. ca. ſactor. lxx. disti.
Quid autē de habente gratiā et pñente
matrimonii vide in gl. penl.

Itterashabeo

aplicas. ad beneficio vacaturū
obtinendū. nō p̄t vigore ipsaz obti
nere bñficiū. poſt datā earū creatū. hoc
dicit Ex tex. elicit talis p̄clō Rescri
pta beneficialia. nō concernūt bñficia
poſt datā ipoꝝ creatā. pbaſ h̄ in tex. et
ſile eſt in rescriptis pñtentioſis. que non
cōcernūt lites. poſt datū rescripti exor
tas. vt in. c. fi. ſ. de ſcpſl. Ratio huius
p̄clonis eſt q. in ſcpſl. debet attēdi in
tentio mādatis. c. q. ſepe. d. p̄ben. li. vi.
Sed de beneficio nō extante tpe date
non videtur cogitaffe mādās. c. cū int
ſ. de renuncia. ergo ad illud non exten
ditur ſcpium Mōi enim ſcpia ſunt
odiosa. c. q̄uis ſ. eo. li. vi. et. c. q̄uis de
p̄ben. eo. li. Dοcet et alia rō assignari
q. ſi ſūdatoreſ videret q. imperrātes
obtineret bñficia. poſt dataz creatā. nō
libenter ea ſūdarēt. et propter hanc ra
tionē extrinſecam emanauit hec cle. et
eſt ius nouū vt dicit hic glo. i. et gl. fi.
Et ergo tex. non dicit declaramus ſed

Sūmariz et conclusiones Clemētinaz

stacuimus An autē talia sp̄ta exten-
dantur ad beneficia tempore date sup-
pressa et nunc renouata glosa h̄bi crea-
tum h̄z q̄ nō. quā sequunt pau. et gē
ze. pe. et stepha. Quia innonatio est seq-
la p̄mi iuris. et sic magis causa origina-
lis q̄ ipsa innotatio d̄z inspici. l. qui id
quod. s̄. de dona. Itē aliud est d̄ nouo
facere Aliud ad pulsū statū reduces
re ea. reuera d̄ pse. dis. iij. l. filio quē p̄
ff. d̄ libe. et posthui. Lopus tū intelligit
gl. et hanc opinionem verā vbi ad tē-
pus solū. et ex causa beneficiū fuit sup-
pressū Secū si fuisset suppressū et extin-
ctū ut ppetuo sic remaneret q̄ tūc nō
prehendetur sub gratia et sic locū
in eo haberet hec cle. Et an temp̄ date
in sp̄l. sit inspiciendū vide hic p̄ frā.
et Imo. Item An bñficiū etīs tpe
date līraz possit i preindictū ipetratis
supprimi Vide hic in. gl. fi. q̄ sc̄it q̄ sic
qd̄ verū fm̄ Dm̄. si tūc nō dū vacabat
q̄ non pōt conq̄ri tūc ipetrās cū nulli
lumi ins etiam ad rez habeat ad tale be-
neficiū. secū si tpe date vel postea vaca-
bat. q̄ tūc null' citra papā posset in p̄/
indiciū im̄petrantis illud supprimere
fm̄ eum

De electione Em ratione

non pgruat. vt homines
disparis habitus aut pfes-
sionis sint i eis de mōsterijs. vult pp̄
q̄ nullus religiosus eligatur. ad plātu-
ram alterius religionis. disparis habitus
aut pfessionis. et si p̄tra fiat elec-
tio est null. ad episcopalem tñ dignis-
tatem si eligatur. valida est electio. hoc
dicte Prima p̄clō Religiosus non
debet eligi in alterius religionis. aut
habit p̄platum. qd̄ si factū fuerit. est ma-
ne et irrituz Probat. hic in tex. et rō
p̄clonis ē duplex. p̄ma q̄ tāgit i tex. q̄

lex p̄formis ē d̄ honestati. iij. vi. erit
autē. et nō ē honestati p̄sonū. vt homi-
nes diversarū pfessionū. socien̄t. naz
cōunigū non debet illi. quorum studia
et exercitia sunt diuersa. q̄ nō est aran-
duz in bone et asino vt dicit tex. in ca. i
noua. xvi. q. vii. et. c. cū causā. s. de elec.
Ex quo infert Imo. ar. q̄ non dñt si-
mul morari artista et c. in dñ. ast. cū eorū
studia sunt diuersa. Secū rō est q̄ talis
religiosus assūpe in plātu alteri. reli-
gionis aut habitus. nō est debite de in-
stitutōib̄ illi. religionis iſtructus. et p̄
cōsequens in magistrū. i. prelatum. iſsu-
mi nō debet. c. cum i mḡm. s. de elec.
nam miserū ē cū fieri mḡm ic. ca. mi-
scrum tri. dis. et qui. hec ratio cessat cū
religiosus transit ad aliud monasteriū
et ibi recipitur in fratrez. illud permi-
titur. quia tunc addiscit parlatum per
tpis successionez cōstitutiones et mo-
res religionis. quā ingreditur h̄z pau.
et frā. et volunt hic glo. verbi. prelatuz

Secūda p̄clō Quamvis omnes rei-
ligiones in substantia conueniant. q̄n
q̄ tam. n in modo profitēdi. et quādo
q̄ in habitu differūt Prima ps huius
p̄clusiom patet. q̄ omnes religiosi. cu-
iuscumq̄ religionis seu pfessionis vo-
uet tria substātialia cuiuslibz religiōis
scilicet paupertatē. continētiā et obe-
dientiam. de quib̄ in. c. cū ad monaste-
rium de statu mō. supra. et in hoc con-
ueniunt Scđa pars patet. q̄r h̄z carthu-
sien. et cisterciēn. sunt e usdem professi-
onis. q̄ pfidentur regulam sc̄i Benedi-
cti. tamen sunt diuersae religionis. q̄
attendit penes diuersum modū vi-
uendi. c. sane. de regu. Nam religiones
non diuersificantur ex pfessione q̄ om-
nes religiosi. quo ad tria principaliora
iam dicta cōunigunt. sed diuersificant
penes diuersos fines intermedios. et
sic maioriitas regule et vite inducit di-
versitatem regule. vt notaſ in alk. c. sane.

De electione

8

Per qd etiā p3 qz pdcatores. augu-
stini. Carmelite. pmostrateñ. et wilhel-
mite Johānīte. atqz simplices reglāres
canoici. oēs pfect regulā bti augusti-
ni. sūt tamē inter se diverse religionis
ppk diversitatē vite. adeo enī se per
suas pstitutioes restrixtūt. q q̄si mo-
dicuz reperitur in eoz religionibus &
regula bti augustini. fm pau. Ita ecē di-
cendū est. de minoribz clarissis. et fr̄ibz
de t̄to ordine. q oēs sūt de regula frā-
cisci. sed alterius religionis et habitus.
Quis at habit̄ dī cert̄. dic q habitus
duplicit dicit cert̄. pmo rōe colouſ. se
cūdo rōe forme. vt hic in gl. fi. q ecē dic
q clerici seculares nō hnt certū habit-
ū. lz dicant habē habitū puenientem
dū habēt habitū eis nō phibitū. Ell-
tima pclo Pōt religios⁹ eligi in ep̄m
tā secularis. q regularis ecē. Proba-
tur hic in fi. rex. et speciale est in ep̄o. in
cui⁹ vacatioe maius piculū x̄t. ppter
epalia q exercē hz. et ergo expedit plu-
res i ep̄os posse pmoueri. vt pvideat
ecē vacāti. et magl. idoneus pferat. l.
generalit. spurios. ff. de de curio. An
autē ecclesie collegiate sclari nō epali
possit pfect. vide h in gl. fi. q post mul-
ta videt inclinare in pte affirmatiuaz
Fre. tamen de Se. consilio cxx. et frā.
h dicit hoc ver. ex dispensatione ep̄i
quā dicunt hoc casu necessaria ppk disso-
litionē voti obedientie. et paupertatis.
et ppk vagationez et claustrū. q oia re-
ligioso repugnat fac. c. nihil. s. e. ti. vbi
de hoc notaſ. et illd ecē sequit h Imol.
q dicit q huiusmōi dispēsatio fieri nō
dz nisi ex cā necessaria. vt qn̄ seculares
n̄ reperiunt idonei. vt xxvi. q. i. c. i. Ad
ecēaz tñ parochialē aut curatā nō col-
legiatā. p̄t religios⁹ de iure cōi assumi.
vt in. c. qd dei de sta. mo. et h in glo. sūn.
cū i tali exercet prie officiū predicādi
qd religiosis pueit. c. i. ne cle. v̄l mō. li.
vi. et alk. c. qd dei Sed an religiosus ad

ecēaz secularē p̄mot⁹ sit a regula sua
absolut⁹ Solutio dicūt Goff. et hosti.
ti. de sta. mō. q ab oib⁹ in regula p̄tēl.
incōpatibilib⁹ cuz statu assump̄o. est
absolut⁹. ab alīs at p̄patibilib⁹ n̄. Ell⁹
p3 q avoto castitad. nō ē absolut⁹ Itē
nec a voto paupertatis respectu sui ip̄i⁹
Quis respectu sui tituli hēcat p̄tē ad
misstrādi Itē quo ad votū obediētie ē
absolut⁹ si alias illa ecēia ad quā assū-
pt̄ ē nō sit abbati sbiecta. Itē q ad esū
carniū. nō ē absolut⁹ a regula nisi rōe
scādalū dimittat. ar. c. recolentes. si. de
sta. mō. A delatione h̄t nō excusatur
nisi sol⁹ pp. Poterit tñ religios⁹ grati-
ose i exteriori habitu se pformare illis
en qbus viuit si hoc ppk scādalū non
posset dimittē. c. deus qui de vi. et ho-
nes. cle. Itē a ieiunijs et vigilijs abso-
lutus est cū ppk curam exercendā sepi⁹
oporet en extraordinarie pmedere et
surgere De hor. dicēdis et modo offi-
ciandi dic vt nō. i ca. de monachis. xvi.
q. i. faciūt nō in cle. i. q. de cele. missarum

E romani pōt.

ficiis differatur electō statut⁹
Pstitutio q Cardinales sede vacāti n̄
possint alterare decretalē vbi piculuz
e. t. li. vi. lz illā teneantur suare oio. nec
pnt aliquid facere qd spectat ad papā
dūvuit i humanis nisi i qntū i p̄dicta
decretali pmittit eis. Officiū tñ came-
rarij et penitētiariorū pape nō expirat
papa moriēte Etsi aliq ex eis deficiunt
pōt cer⁹ cardinaliuaz alios in locū eorū
surrogare. h̄ dic v̄sq ad Hsane Pri-
ma pclo In romana ecēia. collegiū car-
dinaliū introductū ē i locū sacri senat⁹
aplorum. Hanc conclusionem firmat
genze. in extraagl. execrabil⁹ Jo. xxij.
Elbi sentit cardinales habuisse ortuz
a deo qui postq̄ dixit petro tibi dabo
claves regni celoz. et qdēcūqz ligaueris
tē. Math. xvi. dixit discipul⁹ suis duo

Būmariuz et conclusiones Clemētinaꝝ

decim cōiter Quocunq; ligaueritis sup
ēraz īc. Math. xviii. Et post hoc ad dei
notandū verā p̄tatez eoz dixit Elos q̄
secuti estis me sedebul. sup sedes duo/
decim iudicātes duo dēcīz trib⁹ israel
math. xix. Ex q̄ patet primo p̄tās pa/
pe ī p̄sona petri. Scđo p̄tās cardina/
lū ī p̄sona aploꝝ. Un̄ dīc psalmista
Dñi sunt cardines terre t posuit sup
eos orbem Nō obstat ca. in nouo. xxi.
dist. vbi dicit q̄ in locū aploꝝ successer/
unt epi et in locū discipulorū p̄sbyteri
Quia dicendū q̄ collegiū cardinalium
successit in locū aploꝝ q̄ntum ad statū.
quo apli assistebat petro. an eoꝝ diui/
sionem. Sz statui aploꝝ in quātū fue/
runt epi post eorū diuisionez successit
gnatibus facta: ē ipo iure nulla. Probat
h in tex. et p̄cordat. c. vnic. co. ti. li. vi.
Ex q. p̄z vñus casus in q̄ beneficiū va-
cās no debet p̄mo expectāti. vt h pat̄z
in bñficio vacante per resignationē fa-
ctaz ex causa p̄mutationis. Hoc tñ verū ē
nisi renuntiatio ex causa p̄mutationis fieret
in fraudē expectāti. quod talis nō p̄undi-
cat expectāti. vt h in gl. vbi vtētibus
quā dicit Pano. nō. Et plene materia
p̄mutationis bñficiorū. vi. p̄ Frā. in. c. qslitū.
s. co. et p̄ Fr. de senis in tractatu
p̄mutationis p̄ xlj. q̄ones. ad quas lap̄
de florētia fecit q̄sdā additioes. et p̄ ea
etiā Alexā. de florētia. aliq̄ de suis ad-
vidit in repeti. c. vnic. e. ti. li. vi. vbi ef-
fectualiter predictū tractatuz Frederici
inservit.

De testamentis et ultimis voluntatibus

eligiosis depu-

tati. executorib. i vltia volū-
tate. non est licitum huīnsi-
mōi officiū sine superioris licētia peti-
ta et obtēta suscipe. Qui ec si p̄lati sint

Summarium et Conclusiones Clemētinarū

et exēpti tenent ordinarijs locoz redi dere rōez. quā etiā ordinarij debent ab eis exigere. et q̄s reppererit in hoc de liqse. pena debita castigare. Hoc dicit

Prima p̄clo Deputari p̄ religios⁹ in vltia voluntate executor seu fideicō missari⁹. Probat h̄ in pn. et in. c. iij. e. ti. li. vi. q̄uis oli de hoc dubitabatur. vt nō. in spe. de instru. edi. s̄. nūc vero aliq̄ h̄. sepe queritur. Fallit aut̄ hec con. in fr̄b⁹ minorib⁹. vt h̄ in. gl. v̄b. suscipe Itē intellige religiosū posse deputari executorē testi seu vltie voluntatis. tā a testōre q̄ iudice. ita ei loq̄ h̄ cle. t. c. ii. p̄. Legitum⁹ at executor testamētor⁹ est ep̄s. Lui an succedat caplin sede va cate. nō. in spe. de instru. edi. s̄. nūc ad fin et p̄ doc. in. c. Johs. s̄. d testa. Et nō q̄ appellatione vltie voluntatis venit etiā voluntas codicillarī. vt h̄ i. gl. iij. Sei cūda p̄clo Nō p̄ tñ religios⁹ officium executiōis suscipere. nūl petita licētia et obtenta a suo superiore Probat h̄ in pn. et intellige de supiore imediato nec requiri⁹ hoc casu p̄sens⁹ cōuent⁹. c. si religios⁹. iij. r̄fiso. de ele. li. vi. Nec ob. c. l. z. de rla. et cano. due sūt. xix. q. ii. vbi sufficit licētia petē h̄ nō obtineat. q̄ il la iura loquuntur. vbi agit de augmēto p̄fessiōis. cessante oī suspicioē abitōis Sec⁹ ē cū adeſt suspicio ambitiōis. vt cū religios⁹ vult obtinē platurā. vt i al lega. c. si religios⁹ aut vbi vult aliq̄ officiū exercē. vt h̄ fm pau. An aut supi or q̄ dedit hāc licētiā suscipēdi officiuz executiōis possit eā reuocare n̄ re i tegra. vi. h̄ bona. g. in v̄. obtēta. q̄ tenz q̄ sic. quā dic̄ Panor. bñ nōn. in silib⁹ q̄onib⁹. S̄ qd si executor nō vult offi ciū executiōis suscipe. an p̄ ad hoc cō pelli. Solutio dicendū est q̄ aut queri m⁹ de religioso. et tūcī plati⁹ sibi p̄cipit vt exequat. tūcī obtpare tenet. xiiij. q. i. n̄ dicatis. alias ad id cogi nō p̄t. vt h̄ p̄z Aut q̄rim⁹ de nō religioso. Et tūc di

cēdū q̄ nō cogitetur q̄s inuit⁹ hoc offi ciū suscipe. c. Johs. s̄. e. ti. l. si q̄s sepul crū. s̄. fun⁹. de reli. et sūp. Postō autē q̄s officiū hmōi suscepit tacite aut ext̄ p̄sle cogit illud ereq. de q̄ in spe. in tit. de instru. edi. s̄. p̄. p̄diose. h̄. si. h̄ etiā gri tur. Et fm. ll. p̄t q̄s cogi ad executiōez p̄ pignez captoez. multe ipositionē. t̄ plone p̄strictōez. ff. de ven. sp̄. l. i. s̄. qd ergo. fm. Fr̄a. De. de an. et Imo. h̄ Tertia p̄clo Executor testi tenet rōez reddere ordinario h̄nti iurisdictionez in loco ec̄ inferiore ep̄o Probat h̄ i. s̄. pn. iij. gl. vbi ordiarijs. t̄ intellige de oib⁹ receptis t̄. t̄. butl. seu datl. etiāsi ou dinari⁹ n̄ exigat sine petat rōez. vt dic̄ h̄ g. v̄. exigē. nec sufficēt q̄ executor iu raret q̄ sine dolo et fraude seu aliq̄ di minutōe administravit. q̄ h̄ l̄ra req̄it q̄ rōez reddat An at tenet reddē rōez si testōr en liberauit ab h̄ onē tāgit h̄ gl. vbi reddē Et dicēdū q̄ sic. q̄ nō fuit de mēte testōris vt p̄sumit q̄ velit ipē dire officiū ordinarij Immo nec h̄ pos set cū testator n̄ possit derogari iuri p̄ l. nemo p̄t. ff. de le. i. Et p̄cedit h̄ p̄clo i q̄libz executorē religioso ec̄ exēpto. t̄ q̄ h̄ respectu h̄ p̄tō ē noui iuri. p̄mul gatoria iō it̄pretāda ē itayt n̄ derogat p̄uilegijs exēptoz sclariū vt h̄ i. g. v̄. ta les Itē p̄cedit h̄ p̄tō ec̄ i executorib⁹ religioso an hāc p̄tōez deputat. q̄ ad a ct̄ gerēdos in futurz. Nā p̄tō ec̄ p̄teri ta p̄cernit q̄ ad act̄ gerēdos i futuruz q̄s p̄tō respicit. qd verū nisi tales act̄ essēt iſepabiles ab actib⁹ p̄terid. q̄ tñc cōtō eos n̄ p̄phendet h̄. tāiq̄ iuri. dis positioniōi relinqren̄ Ita singl̄t dic̄ h̄. g. vbi deputat. quā sequit̄ Gēl. Steph. Imo. et panor. Quarta p̄clo Licer ep̄s vltiar volūtatiū sit executor rōez tñ ab executorib⁹ exigē p̄t ec̄ ordiari⁹ i ferio Probat p̄ma p̄s i. c. Johs. s̄. e. t. et. c. nos qdē. t̄ in. t. nulli. C. d. epis. et cle. et p̄cedit maxime in illis yolum/

De sepulturis

55

tatibus ultimis que spectant ad pias causas ut in iurib⁹ alle. Et rō quare iu-
ra ep̄m p̄stulerūt legitimū executores
vtriax voluntati est q̄ cū ep̄us in cūcl.
sit p̄ordinator et gubernator. xxv. disti-
plicl. et habeat semp supintendē his q̄
in sua diocl. agunt. viii. q.i. q̄ ep̄atū. et i
c.i. s. de rapto. ideo iura p̄ eo p̄sumunt
q̄ singula fidelit⁹ et iuste faciat. Sed
ps probat h̄ in rex. iunct. glo. ibi. ordia-
rijs. Quid aut si executor sit de alia iur-
isdictione aut diocesis q̄ sit testator
vbi reddet hec rō. Dic q̄ a acceptauit
executor officiū exequēdi in domicilio
defuncti. et tūc ratione q̄si p̄tract⁹ co-
rā ordinario defuncti poterit ad reddendā
dā rationē cōueniri. c. dilecti. 7. c. fi. s. S
fo. ppe. Aut ibidē nō acceptauit onus
exequendi tūc si alias illud acceptauit
q̄libz ordinari⁹ ip̄i⁹ executoris p̄ ipsuz
ad exequendū officiū assūptū p̄pellere
licet nō sit ep̄us. s. eo. ti. c. tua nos et. c.
Iohs. Quo ad rationem at reddendā
ordinari⁹ executoris coget ip̄m ad red-
dendū rationē corā ordinario defuncti
Sed ad exercendū sine ad ip̄lē dū of-
ficiū executoris. legitie p̄pellē eūz dū
ep̄us domiciliū vbi testator est defunct⁹
vel vbi habuit domiciliū. et si defunctus
plura habuit domicilia. oēs ep̄i illoruz
domicilioz poterit exeq. ymmo etiā et
ille in cui⁹ diocef. res sit. sūt de fo. ppe.
c. sane. et erit loc⁹ p̄nventioni ut ille faci-
at q̄ alii p̄uenit dicto. c. Iohs. et ibi p-
doct. Ultia cō. Si ordinari⁹ inuene-
rit executore deliq̄sse. poterit cū etiāz
si exempt⁹ sit punire. Probat hec con-
clusio h̄ in filios q̄q̄. Et intellige cō-
clonē in religiosis executorib⁹ testame-
torib⁹ deputat. In alijs at delinq̄ctib⁹
dic q̄ aut sūt nō exempti aut exempti
Primo casu fuit hic glo. ii. in fi. scz ut
reddant rationē pape a legato a eorū
superiori. Nō at ordinario loci q̄ ip̄oꝝ
exemptioni nō p̄iudicat p̄ hanc cle. fm

panor. Primo casu scz cū sunt nō exem-
pti nō est dubiu q̄n teneatur reddere
rōez ordinario loci cū illi subsūt xi. q.i.
de persona fm eūdē panor. Quare autē
hoc casu i exēptos h̄z iurisdictōez ep̄s
est. q̄ res nō exēpta circa quā deliquūt
trahit ad se executorē. Facit. c. volen-
tes de p̄ui. li. vi. Sz qua pena sint pu-
niēdi. Dic h̄ genf. q̄ pena erit q̄ tene-
būt ad restitutionē p̄uersor in p̄prios
v̄l. qđ intelligit in filiis administrā-
tionē h̄ntib⁹. facit. c. p̄uenit de fideiūs.
In claustralib⁹ at q̄ nihil h̄nt. xij. q.i.
nō dicatis pena erit arbitaria ut h̄ in
glo. fi. et fm genf. poterit esse corporal'
c. q̄ sepe. de elec. li. vi. cū ibi nō. p̄ archi.
et Jo. an. Sz an executor testi teneat
facere inuentariū. Dic q̄ aut dat⁹ est ad
certā rem dandā et nō tenet facē inuē-
tarū. aut dat⁹ est generalit et tūc tenet
facē inuētarū. Ita nō spe. ri. de iſtri.
edi. h̄ntū aliqua. v̄si. sed an tenet Dicit
tamen ibi Jo. an. q̄ quis executor nō
secerit inuentariū nō tū tenet v̄l. vii
res hereditatis. qđ nō. Potest autē
h̄ esse rō q̄ executor nō habet ius suc-
cedēdi nec accrescēdi nec emolumētū
successionis sicut heres. ergo lō ga erit
inter eū et hered. dī. al. fm naturā. fi. d
re. iur. Nec aliqua lege cauetur execu-
torem propter non confectionem in-
uentariū iſolidū teneri ergo erubescen-
dum erit sine lege id dicere. l. illam. L.
de collatio.

De sepulturis

OS QUI IN CA-

su nō p̄misso a iure inter-
dicti tpe i cīterijs scient
sepelūt aliq̄s aut publice excōdicatos.
nominatis interdictos vel manifestos
v̄surarios papa ipso facto vult esse ex-
cōdicatos. Nec vult q̄ absoluantur nisi
p̄ satissicerint ad arbitriū diocesani.

Summarium et Conclusiones Elementinarii

Nec aliquod p̄uilegiū p̄riū eos defen-
dere poterit Hoc dicit **P**uma con.
Interdicti tpe nō debet quis tradi
regulariter ecclesiastice sepulture Pro-
batur h̄ et in p̄cor. alle. h̄ in gl. xbi tpe
Et intellige p̄cloz verā nō solū de in-
terdictis sed ec̄ de nō interdictis et peni-
tentibus cū interdictū feratur rōne loci
nō rōne p̄sonaz. Faltit at hec p̄clo in
clericis qui fuauerūt interdictū q̄ pos-
sunt cū moriūtur cū silentio ecclesiastice sei-
pulture t̄di.c.q̄d i te. s. de pe. et re. Itē
fallit sc̄o in illis q̄ sunt cl̄rea hoc p̄uile-
giati.c. ut p̄uilegia. s. de p̄uilegi. In
alijs fuanda est indistincte p̄clo ista ec̄
si moriantur in q̄tu or festiuitatib̄ de q̄
bus in.c.alma. s. penul. de sen. excō. i vi.
q̄p licet in illis p̄missū sit celebrare diui-
na vt ibi. non tñ ē p̄missū tñc ministrare
sacra. aut etiā in cimiterio sepeliri a
in ecclesia ut est hic bona.g. vbi a iure
quā sequuntur h̄ paul. gens. et Jo de lig.
et panor.lz Jo cal.in tractatu de ecclē-
siastico inēdit.teneat p̄rium sed opio
glo. ē securior ut sic in casu nō excepto
stemus regule.l. q̄litū s. idē tñdit. ff. de
fun.instruc. et iſtru. leg. Secūda cō.
Nec sunt p̄sone h̄ exp̄sse. in cimiterijs
sepeliende p̄robatur h̄ Et lz l̄ra dicat
de cimiterijs idē tñ dicēdū est de ecclē-
sijs xij. q. i. c. null. Sūt aut̄ hic exp̄sse
triplices p̄sone q̄ phibentur in citeris
sepeliri **P**rimo excoicati intellige ma-
iori excoicatione siue hoīs sit excoica-
tio siue iur. ut h̄ in glo. x. b. excoicatos
nāz minori excoicatione ligati deceaden-
tes in ea.lz etiā sepeliri non debeat in
cimiterijs nōc **I**nno. in.c.sacris. s. de se-
pul. tñ si tales sepeliuntur in cimiterijs
nō est necessaria recōciliatio cimiterij
q̄p hoc nō est iure cautū sec̄d loco vbi
excoicatus maior est sepult. q̄p talis
indiget recōciliatio.c. d. sacra. non. ite.
.c. cōsuluit. de p̄secra. ec̄ci. vel alta Nec
mirum quia excoicatio maior plus in/

ficit q̄ minor f̄m **I**mo. hic Sc̄o pro-
hibetur sepeliri in cimiterio interdicto
noiatim. Et dicitur ille noiatim inter-
dictus. cuius nomē vel p̄gnomē exp̄s-
sum est in s̄nia. aut de quo p̄stat p̄ circū
locutiones aut alia insignia. q̄ in s̄nia
icluditur. l. certū. ff. si cer. pe. aut cū q̄s
est de pp̄lo interdicto. q̄ et tūc dicit q̄s
v̄liter et noiatim int̄dict. lz tūc nō sit
noialiter et īdiuiduauter iterdict. Ita
nō. Jo. de ligni. in.c. in lateraneñ. s. de
de p̄ben. Interdictus at non nomina-
tim dicitur. de quo nō p̄stat. ex s̄nię te-
nore q̄ p̄phendat. vt cū quis interdic-
tur cuž suis fautorib̄ Nam ignoratur
qui sint fautores. nec illi sit euitādi an
specificationē et denunciatiōez iudicis
c. p̄posuit. d. cle. ex. minist. et talis p̄t
in cimiterio sepeliri. dūmō locū non sit
int̄dict. f̄m gl. h̄ in vbo noiatos. Sz
dīc **P**anor. allud nō bñ colligi ex hoc
ter. h̄ solū colligitur ex hoc ter. q̄ si tāt
sepeliatur in cimiterio. non h̄ locū pe-
na huius cle. Non tñ sequitur q̄ licet
possit in cimiterio sepeliri. imo vide
phibitus in.c. is cui de sen. excō. li. vi.
Tertio phibetur sepeliri in cimiterio
manifestus usurarius. et dicuntur illi
manifesti usurarij. q̄ ex eoz libris p̄nt
p̄uinci. cle. i. q̄. de usuri. Itēz qui tenent
mensā paratā. ut nōt i. c. i. et. q̄. de usu.
in vi. Itē de quib̄ p̄t fieri iudici p̄ba-
tio. et hoc sufficit. c. cum in diocesi. s. de
usuri. de quo hic p̄ Frā. Si tñ in vita
mādassent usuras restitui et cautio sal-
tez p̄ eoz h̄edes post mortē ipsor̄z Sūt
restituendis p̄stef. possent in cimiterio
sepeliri. licet testamētū ipsorū non va-
lidaretur hoc casu. nisi etiāz hec cautio
per eos i vita fūissz exposita. Quia q̄d
nullum est: tractu tpis non p̄t p̄uale/
scere. vt i. c. quāq̄ d. usuri. li. vi. iusta. g.
h̄ in vbo manifestos. et t̄z hic Franc.

Tertia p̄clo **I**pso facto sunt excoicati
qui tradunt temere p̄sonas h̄ phi-

De sepulturis

56

bicas. ecclastice sepulture aut quicunq; psone in iure nō exceptā interdictam tpe Probatur hec p̄clo h̄ in ter. Et ille dicit tenere aliqd facere. q̄ scienē t̄ p̄ facit. vt h̄. t̄ ca. si quis suadēte t̄ viij. q̄.iiij. et i.c.ij. ne cleri. vel mo. li. vi. Ex quo p̄z q̄ ignorās aut iuris ignar⁹ dñ modo talis sit cui liceat ius ignorare penā hui⁹ cle. nō incurrit. c. apostolice de cle. ex. miniss. c. cū illo p̄. s. de sen. ex. Et quis dicatur aliquid facere ex p̄tē p̄tu. Dicunt hic Math. et Imo. q̄ ille q̄ mādatū superioris non curat. et eadē remittit se subiçere. h̄ p̄greditur ad faciēdū p̄tra illud Sec⁹ si ppter cām par ticularēz et p̄babilez quis inducat ad faciendum p̄tra mādatuz superioris. aut legem. q̄ tūc non dicitur ex p̄tē p̄tu id facere. nisi ex eadez cā frequēt delictuz ppetraret. Hinc est q̄ cū delinqüēte ex p̄tē p̄tu. nō de facili dispensatur. et ibris aplicis d̄ stilo curie apponitur illa clausula. dūmodo per simplicitatē t̄ ignorātiaz non ex p̄tē p̄tu id fecerit. fm doct. hic. Quid autē si psone h̄ expresse sepeliantur in cāpo. Solutio dicit hic glo. iiij. q̄ non est loc⁹ huic pene. Item quid de cōcomitantib⁹ funus. qn̄ deferunt ad sepulturā ecclastica. aut d̄ aperientib⁹ terrā. aut deferentib⁹ crucez. cereos īc. An incidat in penā hui⁹ cle. Glo. h̄ in ver. sepelire multuz dubitat nec īmerito vt dicit h̄ pano. i. si. tñ vide tur sēcire q̄ omnes isti ligantur ne h̄ p̄stitutio sit ludibrio. ñ. i. si. L. de bo. q̄ li. c. null⁹ lxxi. di. et ita ec̄ t̄ h̄ Stephā. q̄ oēs predidi cōicāt in crimine Idez tenet Lap⁹. p. c. nup. et. c. si p̄cubine. de sen. ex. et sequitur Panor. qui etiā pu rat q̄ oēs auctoriates et cooperates ad sepulturā ecclastica. incidat in pena huius cle. ar. eoz q̄ legūtur et notā tur in. c. i. s. de offi. dele. Et hec ps ē ve rior. Nec obstant cōtraria inducta p̄ glo. q̄ in penalib⁹ licite sit extensio. qn̄

resultaret aliquod absurdū. vt q̄ casu dicitur mens cōstōnis potius p̄phenisi ua. ppter rōnis identitatē tēs extēsua iuxta ea q̄ nōt Bar. in. l. omnes p̄li. ff. de iusti. et iure. de quo hic lat⁹ p̄ Imo. H̄c qd de eo q̄ sepeliuit vñū hoīc ex cōicātū publice. interdictū noīatum. pu blicū r̄surariū. t̄ tpe interdicti. an vñā excōicationē aut plures incurrit. exq̄ oēs q̄litates huius ter. h̄ cōcurrūt. t̄ agit h̄ gl. ñbi ſbiacē. Et dic q̄ incurrit q̄ druplicem excōicationē. eo q̄ eadē p̄so na rōne pluriū qualitatū censem̄t plu res de re iudi. c. cum olim. de appell. c. a collatōne li. vi. Sicut etiā ille qui tres clericos p̄cussit vno iktu. trib⁹ excōicationib⁹ est ligat⁹. vt nōt. in regula deli cū. de re. iurl. li. vi. in mercu. N̄l qualibet ergo excōicatō d̄z absolui. sufficie tñ vñica absolutio. dūmō illa quatuor exp̄mātur in eadem. c. cū p̄ causa cū ibi nō. s. de sen. excō. Item qd de sepeli ente in cimiterio scienter excōicatū. n̄ tñ publice. Dic nō esse locū huic pene vt dicit hic gl. ñ. publice. i. ñsi. et p̄ hoc. et sequit̄ Panor. q̄ gl. cē nobiliter dic̄. Quis dicatur publice excōicat⁹. Et sc̄tit q̄ si q̄rum⁹ de publico excōicato. per respectū ad ip̄mmet excōunicatū tūc dicitur ille publice excōicat⁹. p̄tra quez lata est ſnia in tribunali. p̄sentib⁹ offici alib⁹. licet denūciatus non sit. vt p̄baē in. c. ad p̄bandū. s. de re. audi. Si autē q̄ram⁹ de h̄ p̄tē pena ip̄oz q̄ aliqd fa ciunt i p̄modū excōicati. tūc n̄ habet re spect⁹ ad ſniāz. h̄ an sit publice denūci atus. et taliter tēt⁹ et reputat⁹ i multitudine p̄pli. ita capiſ h̄ f̄z gl. palle. t̄ nō biley fm Panor. Sz an sepeliēs excōicatū maiori n̄ publice tñ. sit excōicatus p̄tē p̄ticipationē talē. minori excōicati one. videtur q̄ non. q̄ homo mortuus non est homo. c. in quadam. de celebra miss. et sic n̄ p̄t esse cū eo cōio. qd tenet Hosti. Guil. et Genl. Sz cōtrariū est

Summarium et Conclusiones Clemētinariū

verius. q̄ cui nō p̄municam⁹ viuio. nec mortuo cōicare debem⁹. c. sacris. s. e. ti. ita vult gl. in. c. ad hec. d̄ p̄ui. Itē excoī cario durat post mortem ut hic in .c. a nobis. iij. de sen. excoī. s. Et licet nō sit cōio ex pte mortui actiue. est tñ bñ cō munio ipi⁹ ex pte agētis ⁊ viuētis fa uorabilis. vt sepiēdo lauando ic qd sufficit. c. illud. de cle. excoī. minist. Etsi p̄rium diccrem⁹ sequeretur. q̄ cōicans excoīato dormienti. nō esset excoīat⁹ minor. quod est fassū. c. cuz excoīmuni cato. xi. q. iij. Et hanc pte tenet Paul. et Jo. de ligna. hic et Imo. et sequitur eam tanq̄ tuiorē Jo. an. in alle. c. ad ls de priuile. Quarta p̄clo Et dicitur sepultura ecclesiastica. q̄ fit in loco ad sepulturam mortuor̄ deputato. et per episcopū bñdicto Probatur hec p̄clo hic in gl. iij. Duo igitur requirunt ad hoc q̄ corpora defunctor̄ possint sepeli ri in loco sacro Primi⁹ est q̄ ille loc⁹ sit ad hoc deputat⁹ cum quadam solen nitate de qua notatur in auē. d̄ ecclesi. ti. H̄ si q̄s de fabruca. et in auē. de mōch. illud. Secō⁹ est. q̄ sit benedict⁹. cano. nemo. de pse. di. i. Ex quo p̄z. q̄ si cimi teriū p̄secratū augeatur ad certos pas sus. per appellationez alteri⁹ fūdi in ta li loco augmentato et adiecto. non est licitum corpora defunctor̄ sepelire sine nona consecratione. et ibi excoīatum publice sepiēs non incurrit hanc pe nam. Secus si noua terra vehatur sup cimiteriū p̄secratuz vt ipsuz cimiteriū eleuerur. q̄ tñc tra supposita p̄ tractuz terre cui supponit sic sacra. alle. c. nemo Etsi dicatur oleū non sacrum addituz oleo sacro efficitur sacram. Et idem in aqua non sacra addita sacre seu bñ dicte. c. q̄ in dubijs. de pse. eccl. vel alt. ergo idem erit dicendum in terra non sacra addita sacre per appositionez ali cuins fūdi. Dicendū q̄ non est simile q̄ cōtraria pcedunt in liq̄rosis eiusdē

nature que recipiūt cōmixtionem ⁊ cō fusionē Insti. de re. diuisi. q̄ si frumē tum. secus in casu nostro q̄ vna ps ci miterij alteri non p̄misctur nec cōfun ditur. eo q̄ omnes pres remanēt eque p̄ncipales. ido ps addita non censemur sacer locus. licet possit esse locus religi osus. vt nō. in. c. ad hec. de reli. do. et in c. fi. de pse. eccl. vel al. et in s. religiosum Insti. d̄ re iudi. Quare autē in eccl̄is aut cimetiēis sepiēluntur hodie mor tui. vi. g. i. c. cuz q̄uia. xiiij. q. ii. Quāta cō. Excoīatus vigore h̄ statuti non deb̄ absoluī nisi satissactum sit illis. q̄ bus p̄ sepulturā facta est iniuria ad arbitriū ep̄i. Probatur h̄ in v̄si. a qua et p̄phendit etiam feminas hec p̄stitutio. vt hic in gl. i. Et qui sint illi quib⁹ satissaciendum erit. vide hic glo. verbi eis q̄bus. quā tenet hic Panor. Ultima p̄clo Ad tollendū quecūq̄ p̄uilegia. sufficiūt generalia verba derogator ia Probat̄ h̄ in fi. rex. iiii. cta. gl. fi. quā nō. Et sit ratio. q̄ generalis reuocatio opatur id quo ad oia qd specialis q̄ ad exp̄sa. l. iij. L. d̄ q̄dri. p̄scrip. Intellige tamen p̄clonez pcedere duobus p̄cur rētib⁹. Primū est q̄ talia v̄ba deroga toria sint plata ab homine habente po testatem derogandi. Et secōm est q̄ re spiciat p̄terita. vt hic p̄batur. ⁊ in. c. ali ma m̄t. de sen. ex. li. vi. de quo hic lati p̄ De. de anco. et Lapū. Item p̄cedit hec p̄clo. n̄li tñ p̄uilegia haberēt talia verba derogatoria. vt op̄ foret in derogatōe facere maiorem expressionem fm̄ Panor. q̄ de hoc remittit ad ea q̄ nōntur. in. c. cum. instantia. s. de. censi.

Udum Benedi-

ctus vndeclim⁹ reuocauit p̄stū tutōez Bonifacij octauj Sup cathe dram. que p̄stitutio reuocatoria nō at tulit fructūpaci sperate. immo somē tum non modicū ministravit discordie

De sepulturis

57

ideo clemēs papa eā cassauit. et p̄sticu
onez Bonifacij octauī innouauit. statu
tuens ut discordia suscitata int̄ platos
et eccl̄iar̄ rectores. ac p̄dicatores et fra
tres minores fineret. p̄dicti fr̄es in ec
clesijs et locis ip̄oz. siue in plateis cōi
bus. possint solenniter p̄dicare et libere
Dū enī plati locoꝝ nō p̄dicens illo tpe
aut faciat p̄dicari corā se. Itē etiā i stu
dijs generalib̄ p̄fit fr̄es licite p̄dicare
illis dieb̄ q̄bus f̄mones fieri p̄sueue
rūt. ac etiā in ip̄oz festis peculiaribus
nisi ea hora clerū ad se vocaret ep̄s. nō
p̄nit anteꝝ p̄dicare in eccl̄ijs parochiali
bus nisi inuident ab eap̄ rectorib̄. aut
habeat ab eis licētiā. aut a supiore eoz
puta ep̄o id eis sit mādatū. Hoc dīc v̄l
q̄ ad h̄ statuum⁹. Prīa p̄clo Yura po
sitiona sunt innouāda ac reuocāda p̄t
suadet uelitas t̄pis instantis ac docet
expientia. Probat h̄ in p̄n. et in. c. non
dī. cū p̄cor. ibidē all. d̄ p̄sa. et affi. Et ad
uerēdū f̄z p̄de. de an. q̄ l̄z p̄rie loquē
do innouare ē canonē q̄ in dissuetudinē
neꝝ abiit renouāe. c. in nouam⁹. s. d̄ treu.
et pa. Et talis innouatio h̄z vim fortis
ficiatioꝝ vt ibi. Et q̄nq̄ ecē h̄cat v̄i p̄
firmatōis iuris antiqui. vt in. c. cū vile
cta. de p̄fir. v̄ti. v̄linuti. et i. c. ex p̄te. de
p̄uile. In ap̄posito tñ innouare. est p̄sti
tūdeꝝ semel totalit̄ reuocatā ad ip̄m
p̄menū statum de q̄ dudu exciderat re
stituere. et est potiꝝ restō. c. q̄uis. d̄ p̄p.
li. vi. et h̄z v̄i noue factōis cū pindē sic
ocli p̄stō d̄ nouo eſſz edita. c. p̄p. xvii.
vi. et ita etiā h̄ nōt Paul⁹. Secūda
cō. F̄kes p̄dicatores et minores p̄nit li
bere p̄dicare in eccl̄ijs et eoruꝝ locis ac
vijs publici. b̄nificio h̄z p̄stitutōis Pro
bat h̄ in. y. ab olim. nec idigēt dicti fra
tres in his casib̄ aliq̄ platoꝝ licentia.
nec oberit eis p̄dictio illoꝝ. q̄ eccl̄ie et
loca fratrū s̄t exēpta. et platee pmunes
sunt publici iuris Ideo papa de illis
locis potuit disponere p̄t sibi placuit

fm Landu. Aliud āt eſſz de plates nō
cōi ſz ſpectate ad aliquā eccl̄iaz iure p̄
prio. q̄ in illa p̄dicare nō p̄ſſet d̄ci fra
tres ſ̄ voluntatē rectoris illiꝝ eccl̄ie. ar. c.
ſignificāb̄. s. d̄ no. ope. nū. De quib̄
āt loc. fratrū loqtur iſte tex. dīc Guil.
q̄ de locis fratrū d̄coꝝ in qb̄ degūt et
morant. et de adherētib̄. et nō ſolū de
ill. ſed et̄ de loc. longe a domib̄ eoz ſi
tis. vt ſt̄ orti eoz. q̄ tex. h̄ idifticē loq̄
tur v̄ locis eoz. et illo dicit Imo. curi⁹
Quid āt de alijs ordinib̄ mendicātiꝝ
pter p̄dicatores et minores? Dic q̄ h̄
p̄ſtō de eis nihil loq̄. et q̄ exorbitat a
iure cōi derogās ordinarie poteſtati p̄
latoꝝ. iō nec ad illos dī extēdi. s. eo. c.
certificari. et ita t̄z. g. in rla q̄ a iure cōi.
de re. iur. li. vi. T̄n clemens qnt̄ hanc
p̄ſtōez extēdit ad h̄emitas beati Aug.
Et Job. vicesim⁹ ſcōs eā v̄teriꝝ oia
extēdit ad carmelitas. et ita refert La
pus ſe vidisse eiusdē Job. xxij. Job nōt
Job. an. i. c. p̄ſtitutōez. de regulari. li. vi.
in nouella. et in p̄all. relā q̄ a iure in no
uella. Tertia cō. In studijs ecē gene
ralib̄ in qb̄ ſūt f̄mones ex more. et cū
fr̄es h̄nt ſestū peculiare. p̄nit libē p̄dica
re. Probat in ysi. in studijs. qd̄ limita
vt in tex. niſi illo tpe ep̄s puocaret ad
ſe clerū generalit̄ ex cā. vt h̄ dī in text.
Et q̄liter p̄ſtituaf̄ ſtudiū generale. vi.
h̄ in gl. ybi generalib̄. Nā vt ſentit ea
dez. gl. et clari⁹. h̄ doc. Quedā ſe ſtudia
generalia et actu p̄uilegiata vt ē bono
nie. colonie. rome. et i ſilb̄ locis enumera
tis in cle. i. q̄. d̄ magi. Quedā ſūt gene
ralia. ſz nō p̄uilegiata vt ſūt illa in qb̄
legūt theologia. iura. et artes. ex p̄ſue
tudine tāti t̄pis. cuiꝝ initij nō ē memo
ria. q̄ p̄ſuetudo p̄t in loco. aliq̄ insigni
ſtudiū generale inducē. vt h̄ in. g. Et p
bat i. c. ſup̄ q̄busdā de y. ſig. et. l. hoc in
re ſoudā aq̄. ff. de aq̄ q̄ti. et eſti. et ibi p
Bar. Et ita eſt de ſtudio Paduanū. et
Parisiē. licet tñ hodie Paduanū. ec

L 1

Būmariuz et conclusiones Clemētīnꝝ

sit p̄uilegiatū p̄ clemētē qntū ⁊ Jobez
vicesimūscd̄z. Et i his studijs studēs
p̄ fruct⁹ bñficij recipē. si id sibi pcedat
a iūc̄ cōi aut spēali eccl̄ie sue aut ex cō/
cessione plati. vt in. c.tue d̄ cle. nō resi.
et etiā in istis potest docendi licentia
dari Alia sunt studia p̄uilegiata nō actu
generalia. vt est Semis. Ubi ē loc⁹ iſi
gnis hñs p̄uilegiū studij generāl ⁊ qñ/
q̄ actu fuit ibidē studiū generale. qñ/
q̄ n̄ p̄fectū doctoz fm Frac. hic.
Alia sunt studia p̄ticularia et nō p̄uile
giata. de quib⁹ nō loquit̄ hec l̄ra. nec i
illis p̄t alicui dari licentia docēdi. q̄ cū
talis licentia respiciat omnes. opter
q̄ pcedat ab eo aut eius auctoritate q̄
est index omnīu vt est papa et ip̄ator
I.bñ a zenone. L. de quadri. pscp. et ca.
enīta p̄ mūdū. ix. q. iii. Quarta p̄clo
Nō p̄nt at fr̄es p̄dicti in alijs p̄dicare
locis. puta in eccl̄ia parochiali nisi de
licētia plati illi⁹ loci. Probat̄ h̄ in. vñ.
in eccl̄is. Et licet appellatiōe plati pro
p̄e n̄ veniat rector eccl̄ie parochialis
enī largo sūpto vocabulo etiā vocat̄ p̄/
latuſ. vt tenet h̄ gl. in. vñbo plati. ⁊ p̄ba
tur in. c.tua. s. de cle. egro. Et dic etiam
hoc casu vicariū fratribus hāc licētiaz
predicādi i eccl̄ia parochiali dare pos
se. vt enīa tenet h̄ gl. all. et sequit̄ Pau.
Ex dictis p̄z q̄ quilibz loc⁹ est fratri/
bus interdict⁹ qui nō rep̄it eis p̄miss⁹
vn̄ h̄ certa loca exp̄muntur. In alijs ḡ i
telligunt̄ p̄hibiti p̄dicare. de quo vi. h̄
bonā. gl. in. vñb. eccl̄is. Ultima cō.
De iure cōi solū platis et curat. p̄pe/
tit facultas p̄dicādi hāc p̄cloz firmat
hic gl. vñbi eccl̄is. et sequit̄ Danor.
Et p̄ ip̄i⁹ euidentia sciendū. q̄ laici p̄di/
care nō p̄nt secrete aut publice. qđ si fe/
cerit debet excōicari. c. sic. s. de hereti.
nisi id fecerit clericis astatib⁹ et rogāti/
bus. mulier aut nullo mō debz predi/
care. cū illud virile sit officiū. xiiij. dis.
mulier. et. c.noua. de pe. ⁊ remis. Pre-

dicare aut̄ p̄t papa vñb. xix. dis. in mei/
moriā et cui libz p̄mitē vbi vult. c. fi. s.
de off. del. Sz ibi p̄missarij subdelegat̄
non p̄nt vt ibi. Ep̄i similit̄ p̄nt vñb
p̄dicare etiā in alienis diocesib⁹. nisi p̄
ep̄os alios p̄hibeant̄. H̄nt enī ep̄i il/
lud p̄uilegiū ex eo qđ d̄ Math. vltio.
Euntes in mūdū vñiuersuz predicate
euāgeliū oī creature. xxi. dis. c. in nouo.
Sz alijs hoc p̄mitē nō p̄nt. nisi in sua
diocesi. xvi. q. vii. null⁹ oīo. Prelati at
inferiores epis et rectores parochial/
iūz eccl̄iaz plebib⁹ eis p̄missis predica/
re p̄nt. etiā si nōdū sint diaconi aut sa/
cerdotes. facit. c. adiūcim⁹. vi. q. i. ⁊ etiā
h̄ p̄mitē alijs p̄nt. puta mendicatib⁹ ⁊
alijs sacerdotib⁹ approbatis. nā eis p̄pe/
tit p̄dicare rōne prelature. Alijs h̄ cō/
petit rōne ordinis. vt sacerdotib⁹ dia/
conis. xvi. q. i. adiūcim⁹. Alijs etiā hoc
p̄petit rōne grad⁹. vt doctori in theolo/
gia. ⁊ alteri doctori approbato p̄ eī ad/
quē h̄ p̄tz. c. cū ex iniūcto de h̄. Qñqz
p̄petit h̄ ex licētia ⁊ pcessiōe spēali. vt
in istis fratrib⁹ et alijs a papa. aut epis
aut curatis ad p̄dicandū admisis. de
quo latius hic p̄ doc. et Inno. in. c. ex/
cōicam⁹. s. de hereti. et per Henricum
boick. in. c. cū. ex iniūcto. de h̄eti. ⁊ glo.
in alle. c. adiūcim⁹

Statuum⁹ vt supē

riores predicatorz et minorū debet pe/
tere a prelatis et episcopis locoz hu/
miler licentia vt fratres q̄s tāz ido/
neos ad p̄fessiones audiendas elegerit
possint i eoz diocesib⁹ et ciuitatib⁹ ipo/
rum subditorū p̄fessiones audire ⁊ pe/
nitentes absoluere q̄ facto obent p̄so/
nas p̄baras et sufficiētes ad h̄ eligere
et prelatis p̄ntare. vt de ipsoz volun/
tate in ipsoz ciuitatibus et diocesib⁹
confessiones subditorū ipsis valeant
audire. et numerus istorum fratrum
debet moderari fm q̄ exigit multeū

De sepulturis

58

do cleri et p̄lli. nec extra vñā diocesum
vñ eoz p̄tās extēdi. Etsi plati fratrib⁹
licentiaz cōfessiones audiendi dederit
illā gratarter recipere dñt. Si aut illā
denegauerint sine cā tunc ex p̄cessione
h⁹ oſtitutiōis intelligitur eis licentia
cōcessa. nec en hñt fratres ampliorē in
absoluēdo p̄tatem q̄z habeant curati ⁊
sacerdotes parochiales. Et ergo absol
uere nō debet in casib⁹ r̄sleruatis ep̄is
aut pape. Prima cō. Fr̄es mēdicā/
tes non p̄nt audire p̄fessiones in suis
aut vicinis diocesib⁹. nisi p̄ius plati ipo
rum humiliter ad hoc licentiā petat a
locoz ordinarijs. Probatur hec p̄clo
in hoc. Et aduerte q̄ hāc licentiā pe
tere nō p̄nt p̄ suis fratrib⁹ p̄ores puen
tuales p̄dicatoz ⁊ gardiani minoruz. s̄z
hoc p̄tinet ad prelatos eoz maiores. d̄
quibus hic in tex. qđ voluit b̄ gl. h̄bi
custodes. Sūt ergo tres solū ex p̄te p̄
dicatoz qui possunt eam petere. sc̄z ma
gister p̄dicatoz generalis. prior p̄i
cialis. et eorum vicarij. Similiter etiā
sūt tres de ordine minorū. sc̄z minister
generalis. custos p̄uincialis. et eoz vi
carij. Et nō. hñc tex. p̄ hac diuersitate
nominū int̄ prelatos p̄dicatoz et mino
rum. A quib⁹ aut̄z prelatis locorum
debeat hāc licentiā petere. Dic q̄ ab il
lis qui in loco habent de iure cōi p̄nci
paliter iurisdictionez. vt sunt ep̄i. p̄ q̄
b̄ tex. dñ dic̄t in ciuitatib⁹ ⁊ diocesib⁹
eorum. Idem si sint alij plati qui in lo
co ex p̄suertudine aut p̄uilegio iurisdi
ctioz hñt quasi ep̄alē. ita q̄ ipi seu eoz
subditinulli diocesano subsunt. vt in .c.
abbates. de priuile. li. vi. Tūc enī quo
ad tales n̄ sufficet licentia ep̄i. qđ pro
bat hic tex. dñz dicit subditoz suorum
p̄fiteri sibi volentium p̄fessiones audi
re valeant ut. Quid autem si plati loco
rum haberi non p̄nt. dñz hec licentia est
petenda. Dic si prelati se maliciose occul
tant. petenda est ab ipsoz in spūalibus

vicario si quem habent. c. cum nullus.
de tpi. ordi. li. vi. Si talē vicariū nō ha
bēt. debz adiri superior vel papa qui p̄la
ti defectū suppleat. facit .c. null⁹. de iure
patro. Licet quidam dicant q̄ hoc ca
su plati fratrū absq̄z licentia ista fratres
ad p̄fessiones audiēdas eligere possint
Sed p̄mū est tutius. et eodem modo si
prelati locoz essent excōicati. suspensi
aut interdicti. tūc debet adiri superior
qui supplere p̄t eoz defectum. c. q̄a di
uersitatem. de p̄ces. p̄bē. Secunda cō.
Et h̄mōi licentia petita debent religi
osorū plati fratres idoneos ad cōfessi
ones audiēdas eligē q̄s locoz ordina
rijs dñt presentare vt d̄ ipsorum volū
tate subditoz ipsorum p̄fessiones libē
valeant audire. Probatur hic in .h. de
inde. Et dñt fratres electi ad hoc offi
ciuz sex qualitates habere. que enumera
rantur in alt. h̄si. ac deinde q̄ debet esse
sufficientes idonei. vite. p̄date. discreti
modesti. atq̄ periti. Etsi tales non fue
rine p̄ne p̄ platos nō admitti. et alij de
bent surrogari. Sz si sine cā plati eos
nollēt admittere succedit licentia pa
pe. vt hic in h̄si. q̄ si forte. et clarius in
gl. verbi quēq̄. et gl. verbi surrogare.
nec p̄nt taliter p̄ntati p̄fessiones alioz
extra diocesiz prelati cui facta est p̄nta
tio p̄sistentium audire. qđ p̄bat b̄ tex.
dum dicit subditorum suoz. nec etiāz
subditi p̄elatorum quibus p̄ntatio fa
cta est. cogūtur cōfiteri istis fratribus
cum tex. hic dicat. volentiuz sibi cōfite
ri. Nec tenet volens confiteri fratri
bus taliter p̄sentatis petere licentiaz a
suo curato siue p̄prio sacerdote. c̄sī litté
ra dicat libere audire valeat. qđ etiam
tenz b̄ gl. verbi libere. et sequit P̄au.
et P̄anor. licet h̄riuz dicat gl. in. c. ois
s. de pe. et remis. Sed gl. istā tenet etiā
Pe. de anc. fm quem alias inepre po
neretur verbū libere qđ nōndū fm eñ
Ex hoc etiā sequitur q̄ cōfessio facta

L ii

Sūmariūz et conclusiones Clemētinaꝝ

istis fratribus non est iteranda. licet quoddam magister Iohes de Juliaco sacre theologie professor tenuit prium cuius opinio est dicitur nata pro Job. xxii. in extra uagan. que incipit. *Eas electionis.* Ad uertendum tunc quod illi qui dictis fratribus professent. tenent nihilominus saltē semel in anno constitutio*n* proprio sacerdoti ut sic satissiat prostitutioni ecclesiie que habetur in c. ois. s. de pen. et remis. Et ita declarauit Martinus in ecclesiaua. que incipit *Ad fructus vberes.* licet parariūz videatur sentire hic glo. *N*bi impertiri. *S*z illa gl. loquitur de peccatis semel fratribus professis legitime quia illa non tenetur quis iterū constitutio*n*. hoc enī dicere esset erroneum. et est reprobatum in all. extrauaganti. vas electionis. *S*z oblitera forte venialia. aut quod sine debita contritione fratri quis fuit confesso. *D*z saltē suo sacerdoti dicere. imo si quis oia sua peccata fri suisset professo et esset sine pecceto. adhuc videatur quod proprio sacerdoti semel in anno profiteri debeat ut satisfiat. c. ois alleg. et quia alias id omitendo peccaret. Item hoc fiet saltē ut curato nostro pareamus et cum maiori reverentia ad eucharistiaz accedamus. Et ita tenet Henricus boick. et collectarius i all. c. ois. et Hosti. abidez. et in. c. cum ex eo e. ti. et Jo. mō. et. Guil. h. Et probat alle. prostitutioni Martini in fi. que loquitur de fratribus minoribus. et dic volumus autem quod hi qui fratribus constitubuntur. eisdez suis parochialibus prosbyteris profiteri saltē semel in anno prout generale pecciliū statuit teneantur. quod quod ijdē fr̄es eos ad hoc diligenter et efficaciter fm datam sibi a domino gratiam exhortentur. et lz Stephanus Paul. Guil. et Gens. et etiā Imo. hic videantur tenere opinionez priaz. tunc hec opinio in alle. prostitutione ad fructus vberes approbata ē in foro aie tutior. iō vide cur aplectēda *Tertia cō. Q* si seribus

huiusmodi licentiā dare recusant. nihilominus auctoritate huius constitutionis infra ipsorum ciuitates et dioceles confessiones subditoz ip[s]is prelatis audi re possunt. Probat hic in versi. extra et versi. sequē. Ex quo patet primo quod plato hanc licentiam dare recusante explise aut tacite. vt quia humiliter requisitus tacer. nec vult eam procedere. succedit priulegium huius cle. Ita probat hic tex. in versi. et si ijdē iuncta gl. verb. recusant. quod verz quod confesso recusat hanc hanc licentiā daē sed cā Secundus si ea protest dare recusat ex iusta cā. puta pottest defecatum inhabilitatis. super qua inhabilitate episcops vel prelatus ante quam huiusmodi licentiam concedat se habet informare ne preficiatur ignarus et non probat. lxxxvi. dis. quid est. vern bea Pan. prelatus pottest huiusmodi protestatos examinare. an in se habeant hmōi qualitates de qbus h in versi. ac deinde. Ad quod fac hic g. verbi protestare que dicit quod fratres personaliter et non per litteras debet presentari. vt sic ex aspectu. et auditu presentandi constat de hmōi qualitatibus quod etiam importat verbum protestare. quod est aliquem ante sensuz sine ante prospectum offerre. non tot. gl. in c. testes. iij. q. ix. per quod etiam dicit Lopus. quod licet patronus ecclesiie curate possit aliquem per suas litteras ad ecclesiaz protestare. c. ea noscitur. de his qui si a prela. et cle. frequens. sed de excesso. plato. tamen absentez prosentare non potest ad ecclesiaz. *K*o ne protestetur minus idoneus et insufficiens. Et facit hic gl. verbi protestari. Scđo pro ex peccione quod peccās fratrū restringitur duntaxat ad subditos et ad territoriū id est ciuitates et dioceles platorū danū aut recusantium licentiam. Quod patet hic in versi. extra. excepto tunc spec articulo necessitatis. vt de pe. di. i. quē penitet. Aliud est in professore ordinatio. vt curato in sua parochia. quod ille pro

De sepulturis

59

confessiones suorum subditorum ubi
audire et eos ibi absoluere eccl^e extra
territorium suum. Quod in his que sub
silentio et sine strepitu sunt nullius ter
ritorium ledatur. c. penit. 7 f. s. de off.
le. Et idem est in absolutione ab exerci
tatione que respicit forum iudiciale. qd
et illa est voluntarie iurisdictionis. c. no
vit. s. de off. le. Aliud in his que sunt
iurisdictionis cōcētiose per ea qd notā
tur in cle. pastoralis. s. de re iudi. Quis
autem absoluere habeat subdituz vni
curati qui deliquerit in parochia alteri
Raymundus dicit qd sacerdos loci de
licti Jo. ptra. xvi. q. i. c. i. et hoc verius
fm Math. Idem tenet arch. in. c. ii. de
consti. in vi. Quarta conclusio No
habet fratres ex indulgētia constituti
omis maiorem potestatem absoluendi
qd de iure spectat simplici curato Pro
batur hic in h̄per huiusmodi. Ergo nō
possunt absoluere fratres in casib^e epis
copalibus. et multo minus in casibus
pape seruatis. et qui sint illi casus tra
ctant hic docto. de quo per glos. in. c. si
episcopus. de peni. et remis. in vi. et ibi
in scda conclusione. Aduertendum tñ
circa hoc qd licet quilibet sacerdos ex
parte ordinis tantam habet potestatez
in absoluendo sicut episcopus iuxta il
lud. Job. xx. accipite spūmā sanctū. et
quouz remiseritis peccata ī. Sic enī
quilibet sacerdos ex potestate ordinis
potest conuertere speciem panis et vi
ni in corpus et sanguinez xpi. c. i. f. vna
s. de summa. tri. Ita et fort^e poterit quē
libet peccatorez puertere in membruz
xpi. l. dis. ferrum. sed postea hec ptas ē
limitata. vt illi qd nō habet plm. nō ha
beant huiusmodi ptatis exercitū. Illi
autē qd habent plm sibi cōmissum pñ
absoluere sibi commissos cum potesta
te tamen limitata que limitatio pcedit
ex ordinatio canonica. que iurisdictionis
exercitium restringere pot. c. null^e

s. de parochi. et. c. ois. s. de pe. et remis.
Unde hodie absoluēs in foro pñie de
bet habere duo. scz potestate ordinis.
secundo exercitum iurisdictionis in s̄b
ditos. ca. in nouo. xxi. dist. c. sig. sicasti
s. de elect. Sed an epi possunt nouos
casus in suis diocesibus sibi reseruare
qui de iure eis non sunt reseruati in p
iudicium fratrum. Solutio dicendum
qd sic. qd episcopus potest artaē ordina
riam potestatem curatorum. fortius po
terit artare extraordinariaz ptatē i/
psorum fratrum. ne idem subditus cen
seatur diverso iure. scz quo ad fratres
et quo ad curatos. de priuilegijs. c. qd
circa. Item quilibet potest in sua refa
cere id qd sibi placet dummodo nō fa
ciat animo iniuriandi. c. cū ecclesia vul
terana. s. de elec. ita tenet hic Laudu.
Nec obstat qd per hoc omnino posset
tolli priuilegium isto: um fratrum per
succesum temporis. contra. c. quantuz
de priuileg. Quia diceunduz qd propter
potestatem fratribus hic concessaz. nō
debet intelligi diminutum ius epi fm
eum Idē tenet hic Guib. quia sāguis
subditorum exigetur & manibus prela
torum. c. irrefragabili. s. de off. or. Idō
possunt epi prouidere vt utiliter cons
ulanc animabus ipsoz. Idem Step.
Gens. et Pau. qd notandum Ultia
conclusio Concessio fratribus de audi
endis confessionib^e et predicationibus
faciendis. per hac cle. facta nō ē ordina
ria nec delegata. s. aduēticia et ordina
ria et ḡtiosa. Probat s̄b cōclō i hac cle.
iuncta. glo. hic in verbo impēdant hā
vt dicit eadem gl. ille dicit habere curā
ex potestate ordinaria. qui ex necessita
te tenetur audire confessionem. predi
care verbuz dei. et sacramēta ministra
re subditis. et ad quē subditi & necessi
tate tenentur in talibus recurrere. vt
patet in pastoriibus. sed hec omnia vo
luntaria sunt taz in fratribus qd in eis

L. iii

Sūmariūz et cōclusiones Clemētinaꝝ

conficeri volentibus. Ideo non sunt curati ex p̄tate ordinaria. nec sunt de/ legati aplici vigore huius clem̄. lic̄ ali qui id voluerit Qd̄ patet. quia in eis non cadit aliqua prelacio. nec ex parte confitentium subiectio. Est igitur pos testas ipsorum gracia. et extraordina ria. in fauorem animarum introducta et poterunt dici nudi ministri quia mi nisterium eis conceditur. qd̄ etiam nec subdelegare aut alijs committere pos sunt. vt in c. si. his autem. supra de off de le. Haꝝ industria certarum persona rum hic eligitur. et sic dicuntur non p̄ prie curati. sed solum priuilegiati. quia priuilegio huius p̄stitutionis aliquos actus ad curam animarum spectantes exercere possunt. Ita sentit hic Guil de monte Lau du. Ex quo patet q̄ isti fratres in nullo vocatur proprii sacer dores. cum penitus in nullo teneant subditis. nec subditi eis. nec aliquo mo do sunt onerati circa curaz animarum et illud aperte probat p̄stitutione Jobis xxij. vas electionis. vbi fratres et prop̄i sacerdotes ponuntur ut diversi nec de hoc videtur q̄ possit aliquis proba biliter dubitare.

Huiusmodi quoq̄

statuto adiicit papa q̄ dicti fratres li b̄ere sepelire possint eos qui in eccl es ijs aut locis ipsorum sepulturam ele gerint. dum tamen soluant parochiali ecclesie quartam portionem de omnis bus funeralibus et relictis dictis fra tribus aut alijs pro eisdeꝝ directe vel indirecte et prohibet fratribus ne procurent in fraudem huius constitutōis vt qd̄ eis esset legandum legetur alijs eorum amicis aut qd̄ eis donetur in sa nitate qd̄ eis deberet donari in infirmitate. aut causa mortis. onerans in hoc eorum conscientias. volens q̄ tenean

tur pastoribus de huīusmodi dolo et fraude. et nihilominus de hoc rationē reddere in districtu iudicis examine. ultra ramen dictam quartā fratres nō tenentur nec possunt pastores aliquid ab eis exigere. Lādem tollit omnia p̄ uitega indulgentias et gratias sub qua cunḡ forma verborum concessa. et eti am consuetudines conuentiones. sta tuta et pacta premissis v̄l'alicui premis formis contraria. et omnes prelatos et curatos horatur ut fratres tanq̄ co operatores ipsorum in honore habeat et in premissis non impedian. quia ex hoc premiū eterne beatitudinis in eis augetur et animarum salus procreat Hoc dicit v̄sc̄ in fineꝝ. Et occurunt hic plures q̄d̄es q̄ circa articulū pres edentem. q̄ hic agitur de lade et lana vt dicit hic glo. prima. et plures ex his questiōibus terminantur hic per glo las. Prima p̄clo Licet de ure com muni sepulturam habeant solum ecclie habentes p̄plm subiectuꝝ. tamen ex pri uilegio huius p̄stitutionis ius sepultu re p̄petit predicatoribus et minoribus respectu sp̄ote sepulturā apud eos eli gentiuꝝ p̄probatur hec p̄clo hic in tex iuncta glo. verbi sepulturam. et adde q̄ isti fratres non debet aliquos indu cere ad v̄ouendum aut iurandum vt apud eos eligant sepulturam aut ele tam non mutent. alias incurruunt pe nam. c. i. eod. titu. li. vi. et cle. cupientes H̄fi. j. de pe. Est autem sepultura locus concavū in cimiterio positus vbi corp̄ catholici sepelitur fm Guil. Uel fm eundem potest dici. q̄ ille locus prope dicitur sepulcrum sine cumulus. Sz sepultura est diuinum officium quod mortuo impeditur. dum terre corp̄ eius traditur. facit glo. in. c. penul. sup eo. ti. Et dicitur sepultura libera quan do locus est aptus recipere quencunḡ et yndecunḡ fm eundem Guil. qui ec

De sepulturis

66

dicit qd quilibet locus per episcopum ad hoc deputatus et dedicatus est apt recipere quocunqz. licet quandoqz ex exercitium sibi deficiat. vel propter defectum materie. vel propter pacta et conuentiones inter rectores locorum ut in c. fin. de pactis in vi. facit qd vixi. s. cle. pxi. Sz nunquid fratres poterunt processionaliter et cum cruce ingredi parochiam in uito rectore. et tollere funus. qd apud eos elegit sepulturaz videtur qd non quia alienum fundum ingredi nō licet in uito domino. i. dis. in principi. l. diu. ff. de serui. rusti. predi. et ita videtur tenet. Oto. c. os. suo. lxxxij. Pro qd etiaz adducit huc tex. ibi recipere valeant. qd si diceret si portentur recipiunt. non ali as. Sz contrarium tenet hic Petr. de anco. cum hec cle. concedat eis liberaz sepulturam. et cui conceditur finis intelligunt concessa omnia per que ad finem deuenitur. l. ad rem. et. l. ad legatum. ff. de procura. et cui conceditur haust aque ad fontem. etiam sibi conceditur iter ad ipsum fontem. l. iij. ff. de serui. rusti. pre. Elide dominicum in. c. ij. de const. in vi. versi. quero epis statuit. et ibi concordat. has op. Quid at de illis fratribus mendicantibz dicit hic glos. verbi de iure. qd in eis pstitutio nō habet locum. Sz dic qd hodie est extensis per papam etiam ad eos ut dixi sup ead. cle. in princi. in scda pckone. Se cunda pcklo Debet autem fratres dare quartam rectori ecclesie parochialis. de omnibus tam funeralibus qd relicti. ipsis a defunctis apud eos sepulsi. Pro batur hic in versi. veruz Et quare huiusmodi quarta solui debet curatis p3 i.e. text. qd exq curati hnt suis subdit. ministrare diuinat ecclesiastica sacramenta. digni snt mercede sua. ut sic sint socii consolationum. qui fuerunt participes oneris et passionum. e. i. s. eod. et. et facit regula. qui sentit. de re. iii. in vi.

Et que dicuntur funeralia dicit hic gl. verbi funeralibus. qd illa que cuz funere deferuntur. vt panni et candele. De illis igitur solui debet pastori quarta Idem de omnibus. que occasione funeris fratribus obueniunt. per tex. hic q generaliter loquitur. Et ergo dicit hic Pau. qd etiā pslagminei vel amici vel lent pauperem nobilem suis sumptibz honorifice sepeliri in loco fratrū ubi sepulturā elegit. de talibz obuentiōibz deberet fratres qrtā soluere. nō enim curandum est a quo soluātur. dummodo occasione funeris obueniant. Elide putat etiā h. Panor. qd de relicis aut donatis fratribz per alibi sepultos aut sepeliendos occasione tamen sepulcrum apud fratres forte parentum aut consanguineorum debeat solui quarta quia hec proueniunt occasione funeris aut sepulture. igitur z. facit. c. i. s. eod. r. et illud dicit habere equitatem. De relictis autem et legatis fratribus ab illo qui apud eos sepulti non snt non tententur soluere quartam dummodo occasione funeris apud eos sepulti nō snt relictum. nec in fraudem alibi sit electa sepulta. qd tenet hic gl. verbi quarta quā nō Sz an de relicto singularibus fratribus et forte consanguineis defūti et sepulti apud eos. debz solui quarta. vt si snt relictum ad priuatum iporum usum aut pro emptione orarij. vestis aut alteri commoditatis intuitu vide hic glo. notabilem in verbo incī recte. que tenet qd sic. quia in effectu adquiritur istud conuentui. Nam monachz adqgrit nōsterio et videt seq. Jo. d. lig. de qd lati p. Imo. Itē si executor sepulti i ecclā fratrū deputat. ad certā sumā suo arbitrio distribuēdā aliquid dederit fratribz. d illo d3 dari qrtā. qd t3 hic glo. verbi obventionibus. Nam istud indirecte venit a defuncto. quia quod fit ab executore videtur factum

L viij

Summarium et Conclusiones Clemētinarū

a defuncto q̄ ipm deputauit. vt ē tex. cū ibi nō. in l. vnum ex familia. ff. d lega.
ij. Itē quid si defunct' et apud fratres sepultus soluit in vita sua legatum fra
tribus? Dic adhuc deberi ecclesie d il/
lo quartam. quod voluit hic glo. verb.
datis. Idē si ipē fuit sepult' in ecclesia
fratrum cū ipsorum habitu. aut si trās/
uit ad religionem ipsorum. constituit'
in egritudine de qua decessit. vt tener
hic glo. verbi decesserit. Et cū his om
nibus p̄cor. hic **D**anormi. Et eodem
mo do debetur quarta de relicti. mona
sterio per nouitum. qui obiit in anno
probationis. quia cum talis non cense
atur cum effectu religiosus. c. religio/
so. h̄i. de senten. excō. in vi. Idez erit d
eo qd in non professo. et ita debet q/
ta. c. de his. s. eo. titu. fīm Franci. Sed
qd si testamentator legauit curato suo
decem. an illa debeant cōputari in hac
quarta. Glidetur q̄ sic. q̄a relictū filio
computatur in quarta et soluz permic
titur ei agere ad supplementum. l. oēs
et. l. cum queritur. L. de inossi. testa. er
go idem in ecclesia parochiali. quia ec/
clesia equiparatur filio. c. in presentia.
de probationi. Sz contrarium huius
tenet hic Math. Habetit igitur cura/
tus suum legatum. et nihilominus in/
tegre suam quartā. pro quo tex. in ver
si. verum. iuncta glo. integre. hoc tamē
verū ē nisi legatum esset factū sub cō
ditione ipi curato vt nihil apl' petat
a fratribus quia tunc si conditionem
acceptauit testator nihil amplius pe/
tet qd etiam tenet **D**aul. Item quid
de eo quod relinquitur fratrib' p̄ cō/
struenda capella aut erectione altaris
aut emptione cape aut alterius rei sa/
cre. Solutio. licet quidaz dicunt de ta
li non deberi quartam. quia rei sacre
non p̄ seruitus iponi. l. seruit' h̄sacri.
ff. de fuitu. Et intelligunt hūc tex. de
relictis ad quēcungz vslz. scz persona

lem fratribus. vt pro vici et vestitu d.
Paulus tamē tenet etiam hoc in casu
quartam deberi. per litteram duz dicit
obuentib⁹ omnibus. qd tamē ve
rum nisi per detractionez quarte impe
diretur constitutio talis capelle. aut
vsls pius ad quem legatum fuit factū
quia illi pio vslui magis fauendum est
q̄ quarte. pro quo facit. l. seruus. ff. ad
l. sc̄lci. vbi de pecunia legata pro seruo
emendo non detrahitur quarta. Ita t̄
hic erit dicendum. Item quid de eo qd
datur in septenario aut tricenario fra
tribus Solutio licet consuetudo non
habz q̄ detur canonica. nisi d his que
cum funere deferantur. tamen de iure
etiaz debetur de talibus. eo q̄ talia ob
ueniunt occasione funeris. pro quo tex.
hic. obuentib⁹ omnibus fīm Frā.
